








839.8

Fol
819.3
Ant

ANTIQVITATES AMERICANÆ

SIVE

SCRIPTORES SEPTENTRIONALES

RERUM ANTE-COLUMBIANARUM

IN

AMERICA.

SAMLING AF DE I NORDENS OLDSKRIFTER

INDEHOLDTE

EFTERRETNINGER OM DE GAMLE NORDBOERS OPDAGELSESREISER TIL AMERICA

FRA DET 10DE TIL DET 14DE AARHUNDREDE.

EDIDIT

SOCIETAS REGIA

ANTIQVARIORUM SEPTENTRIONALIUM.

Landsbókasafn

HAFNIÆ.

TYPIS OFFICINÆ SCHULTZIANÆ.

1837.

INDLEDNING.

HELE Menneskeheden betragter med Forundring den nye Verdensdeel, fra hvilken store Omveltninger allerede ere udgaaede og fremdeles ville foranlediges. Alt mere og mere bliver enhver Sag, den betræffende, Gjenstanden for de omhyggeligste Undersøgelser, og Resultaterne, höist overraskende som de ere, vække overalt en levende Opsigt og Interesse. Man forestillede sig sædvanlig denne Verdensdeel som et för Columbi Tid af Europas Nationer aldeles ukjendt og ubesøgt Land, men Lærdes Forskninger i senere Tider have bragt det til Vished, at Europæerne længe för den Tid have haft Kundskab om dette bortfjernede Land, og nogle ville derhos formene, at en Deel af dets Beboere endogsaa nedstamme fra europæiske Colonister. Vælskes Nedsættelse der ved Aaret 1170 under Madoc antages nu af flere; og at andre Europæere för og efter den Tid kjendte Landets Tilværelse, derom ansees Paastandene nu ikke mere for urimelige

INTRODUCTIO.

TOTA humani generis universitas novam orbis terrarum partem intentis oculis stupens intuetur, unde maximæ jam rerum commutationes exiere, et simul instare videntur. Jam unaquæque res, quæ ad eam pertinet, magis magisque diligentissimæ disquisitioni subjicitur, quique conjectando prospicitur rerum eventus, gravissimi utique momenti, summos excitat animorum motus et omnium hominum attentionem ad se convertit. Fuit vulgaris opinio, hanc orbis terrarum partem, ante Columbi tempora, nationibus Europæis omnino ignotam, nec unquam ab iis frequentatam fuisse; verum doctorum virorum disquisitiones, recentiore tempore, exploratum reddiderunt, Europæos longe ante illud tempus notitiam de hac remota terra habuisse, et nonnulli etiam statuerunt, partem hujus terræ incolarum ab Europæis colonis descendere. Cambro-Britannos ibidem anno 1170 duce Madoco consedisse, nonnullis probatum habetur; et alios quoque Europæos, tam ante quam post hoc tempus, notitiam

eller forkastelige. Men til Europas Norden have end kun faa henvendt sig i denne Sag, og det Lys, som det giver i samme, er hidtil af de store Nationers Lærde for störste Deel blevet overseet og ubenyttet; og dog frembyde vort Nordens Fortidsminder en Række af uomstødelige og höist overraskende Vidnesbyrd om, at Nordamericas Kystlande ikke allene ere blevne opdagede i Slutningen af det 10de Aarhundrede, strax efter Grönlands Opdagelse af Islænderne, fremdeles gjentagne Gange beseilede af Nordboerne i det 11te, endvidere besøgte af dem i det 12te, ja endogsaa i Slutningen af det 13de atter gjenfundne, og endnu i det 14de beseilede, men om at Christendommen har været indført der, ikke blandt Nordboerne allene, men ogsaa blandt andre tidligere eller til den Tid der nedsatte Folkefærd. At denne Sag ikke hidtil er værdiget den fortjente Opmærksomhed[1], derfor falder Skylden dog ikke paa Nordens Lærde; thi Torfæus[2] og Suhm[3], Schöning[4] og Lagerbring[5], for ikke at tale om mangfoldige andre, have deels gjort opmærksom paa Sagen, deels endog-

terræ habuisse, non amplius absurdum aut improbabile existimatur. Verum pauci admodum, hac in re, se ad Europæ Septentrionem converterunt, quamque hic lucem rei affundit, eam viri docti magnarum nationum maxima ex parte non animadverterunt, neque in usum suum converterunt; et tamen antiqua Septentrionis monumenta seriem offerunt firmissimorum et summe admirabilium argumentorum, quod litoralia Americæ Septemtrionalis non solum sub finem seculi 10mi, statim post inventionem Grönlandiæ, ab Islandis indagata, quod seculo 11mo plus una vice a Borealibus navigata, quod seculo 12mo frequentata, quin etiam quod seculo 13tio iterum reperta ac revisa, et seculo 14mo etiámnum navigata fuerint, verum etiam quod religio christiana non modo inter Boreales, sed et inter alias nationes, quæ antea aut eodem tempore ibidem consederint, introducta fuerit. Quod hæc res hucusque merita attentione dignata non sit[1], ejus rei culpa in doctis Septemtrionis viris minime hæret, nam Torfæus[2], Suhmius[3], Schöningius[4] et Lagerbringius[5], ut multos alios taceam, partim animos aliorum ad hanc rem ad-

1. Videatur v. c. F. W. Assalii Nachrichten über die früheren Einwohner von Nordamerika, ed. celeberr. F. J. Mone 1827, qui hac de re sequentia tantum habet (p. 84): „Es giebt noch andere Einwohner Nordamerikas, die vor den Europäern das Land besassen, nämlich Eingewanderte von Norwegen, Finnland und Lappland, welche sich im 10ten Jahrhundet in Grönland niederliessen und später nach Labrador kamen. Es ist bekannt, dass sie sich in einem Lande niederliessen, welches sie, wahrscheinlich das Vaterland zu ehren, Finnland nannten. Ihre Ausbreitung in den nördlichen Graden Amerikas war nicht von Belang." 2. In sua Grönlandia antiqua, Hafniæ 1706; Historia Vinlandiæ antiquæ, seu partis Americæ Septemtrionalis, Hafniæ 1705; ut et in Historia Norvegiæ T. II. 3. Historie af Danmark. T. IV p. 539, sq. 4. Norges Riges Historie, 3, 414, sq. 5. Svearikes Historia 1, 423, sq.

saa temmelig fuldstændig fremstillet samme; og i den senere Tid have hos de Danske Wormskjold[1], og hos de Svenske Schröder[2], gjort disse Beretninger til Gjenstand for særskilte Undersøgelser. Men Torfæus's Skrift, det eneste af de ældre, som omhandlede Sagen med nogenlunde passende Udførlighed, og som, skrevet paa Latin, var det der var mest tilgængeligt for Fremmede, har allerede i lang Tid været een af de störste Bogsjeldenheder endogsaa her i Norden, ikke at tale om at kun yderst faa Exemplarer ere nogensinde komne udenfor samme; og de tvende sidstnævnte Afhandlinger have vel i Norden igjen opfrisket Minderne, men ere dog ikke i Udlandene blevne saa kjendte, som de i höi Grad fortjente, hvortil maaskee Grunden maa nærmest søges i, at de ere indførte i periodiske Skrifter, og ikke ere særskilt udkomne.

Imidlertid har en stor Deel af Kildeskrifterne til disse Beretninger endnu aldrig været udgiven i Originalen, og selve dennes Beskaffenhed vilde dog saare meget kunne bidrage til at gjöre Beretningernes Værd og Betydning indlysende. Jeg har troet at en saavidt mueligt fuldstændig Udgave af disse Minder, ledsaget med Oversættelser og oplysende Anmærkninger, turde kunne ven-

verterunt, partim etiam ipsam rem satis plene proposuerunt; et recentiori tempore Wormskjoldius[1] Danus, et ex Suecis Schröderus[2] has relationes speciali disquisitione explicuerunt. Torfæi autem commentatio, quæ sola ex antiquioribus rem justa diligentia tractavit, quæque, quippe Latino sermone conscripta, adiri maxime ab exteris potuit, longo jam tempore, vel in Septentrione nostro, inter rarissimos libros fuit, nedum ut unquam, paucissimis exceptis exemplaribus, extra eundem dimanaverit. Istæ vero, quas postremo nominavimus, commentationes, quanquam in Septentrione antiqua illa monumenta in memoriam revocarunt, tamen apud exteros haudquaquam in eam, quam summopere meruerunt, notitiam pervenerunt, cujus rei forte proxima fuerit causa, quod non seorsim editæ, sed commentariis periodicis insertæ sint.

At fontes harum relationum adhuc magnam partem inediti latuerunt, quanquam vel horum conditio sane permultum pretii et auctoritatis relationibus foret additura. Quare, cum existimarem, exactam, quantum fieri posset, editionem horum monumentorum, versionibus et annotationibus illustratam, ab Europæis et Americanis antiquariis et antiquitatis studiosis amice excep-

1. Gammelt og Nyt om Grönlands, Vinlands og flere af Forfædrene kjendte Landes formodentlige Beliggenhed, insertum scriptis Soc. Literariæ Scandinavicæ, pro anno 1814, p. 298-403. 2. Skandinavernes fordna upptäcktsresor till Nordamerika, insertum commentario Svea, Tidskrift för Vetenskap och Konst, Upsaliæ 1818, I p. 196-226.

te en velvillig Modtagelse af Europas og Americas Oldgranskere og Oldtidsvenner, og vilde for dem frembyde Stof for fremtidige Granskninger, og turde vel endogsaa kunne bidrage til at gjöre Udlænderne nærmere opmærksomme paa Beskaffenheden og Værdien af Nordens Oldskrifter, og paa hvor rige Bidrag disse indeholde til Oplysningen ogsaa af fremmede Nationers ældre Historie og Forfatning. Jeg fattede da den Beslutning at besörge en saadan Samling, og for at give denne den störst muelige Fuldstændighed og Nöiagtighed, har jeg med Omhyggelighed stræbt at benytte de Hjælpemidler, som de her værende Haandskrift-Samlinger indeholde. Bearbeidelsen var for det meste fuldendt, og omtrent Halvdelen trykt, da det Kongelige Nordiske Oldskrift-Selskab overtog Udgivelsen af Værket, hvorved det er blevet mueligt at udstyre det med flere Facsimiler og derhos tillige, til yderligere Oplysning, med adskillige Kobbere og Kort. Om dette her fremtrædende Værks Plan og Indretning samt om Beskaffenheden af de deri indførte Uddrag af Oldskrifterne maae følgende korte Bemærkninger forudskikkes.

Beretningerne om de gamle Nordboers Bekjendtskab med America og om deres Reiser did bestaae af tvende særskilte större Arbeider, som omtale Americas første Opdagelse af Nordboerne, og disses flere Reiser derhen, Ophold der og Undersøgelser af Lan-

tum iri, utpote viam ad futuras majoris momenti scrutationes aperturam, mihique persuaderem, ita forte futurum, ut exteris innotesceret conditio et pretium antiquitatum Borealium, et quantam penum hæc scripta contineant ad historias et res publicas etiam exterarum nationum illustrandas: talem collectionem edendam curare constitui, et, ut eam quam plenissime et accuratissime adornarem, illam subsidiorum penum, quam publicæ codicum manuscriptorum collectiones suppeditant, qua potui diligentia in usum meum convertere studui. Opere ipso ad finem fere perducto et ejus parte circiter dimidia impressa, Societas Regia Antiquariorum Septentrionalium illius editionem suscepit. Sic plures codicum scripturæ icones, et geographicas mappas, textum illustrantes, æneasque tabulas addere possibile evasit. De hujus operis, jam publice prodeuntis, consilio ac ratione, nec non de conditione insertarum illuc particularum, quæ ex antiquis codicibus aliisque vetustis manuscriptis desumtæ sunt, sequentes breves annotationes præmittendæ videbantur.

Relationes de notitia, quam de America habuerunt veteres Boreales, eorumque illuc profectionibus, primo binis constant majoribus operibus, per se consistentibus, quæ agunt de prima Americæ per Boreales indagatione, horum illuc profectionibus, ibi commo-

det, og dernæst af en Deel kortere Stykker, uddragne af forskjellige gamle Skrifter. Vi ville her i Indledningen omtale hine tvende större Arbeider, der i enhver Henseende ere at ansee som Hoveddelen af dette her fremtrædende Værk, og hensætte Betragtningen af hver enkelt af de andre kortere, men derfor dog vistnok ingenlunde uvigtige Stykker til den korte Indledning, som forudskikkes ethvert enkelt, i hvilken da tillige gjöres Rede for de skrevne eller trykte Kilder, som lægges til Grund, og de andre Hjælpemidler, som til yderligere Bestyrkelse og Oplysning af det Omhandlede ere afbenyttede.

Det første af de to större Arbeider, som passende kan benævnes Erik Rødes Saga, bestaaer af tvende deelte, men efter alt at skjönne dog oprindelig sammenhørende Stykker, af hvilke det første, benævnt *Þáttr af Eiríki rauða*, udgjör en Episode i Flatøbogens Behandling af Olaf Tryggvesöns Saga, og staaer imellem Beretningerne om Præsten Thangbrands Sendelse af Kong Olaf til Island, for der at forkynde Christendommen, og om Kong Gudrøds Fald. Ligesom Snorre Sturlesöns Heimskríngla eller Norges Kongers Historie og andre kortere Bearbeidelser af denne Konges Saga have her en ganske kort Beretning om, at Leif Eriksön, ifølge Opfordring af Kong Olaf, drog til Grönland, for

ratione, terræque perlustratione; deinde aliquot brevioribus particulis, quæ ex variis antiquis scriptis excerptæ sunt. Tractabimus in hac introductione de binis illis majoribus operibus, quæ partem primariam hujusce operis constituere censenda sunt; disquisitionem vero de singulis reliquarum particularum, ipsarum quidem breviorum, haudquaquam tamen exigui ad hanc rem momenti, ad brevem introductionem, singulis particulis præmittendam, rejiciemus, tumque de fontibus calamo typisve exscriptis, qui fundamenti loco positi sunt, aliisque subsidiis, quibus ad rem propositam amplius confirmandam et illustrandam usi sumus, exponemus.

Prius ex duobus scriptis majoribus, quod haud inepte appellari posset Historia Erici Rufi, constat ex binis separatis particulis, quæ primitus quidem, ut ex omnibus apparet, ad unum idemque opus pertinuerunt, quarum prior, inscripta „*Þáttr af Eiríki rauða*, particula de Erico Rufo," excursum quendam efficit Historiæ regis Olavi Tryggvii filii, qualem eam exhibet Codex Flateyensis, qui excursus intersertus est inter narrationem de Thangbrando religionis causa ab rege Olavo in Islandiam misso, et narrationem de cæde regis Gudrœdi. Quemadmodum Snorrii Sturlæi Heimskringla, sive Historia regum Norvegicorum, aliæque breviores tractationes hujus regis historiæ, hoc loco paucis

ogsaa der at forkynde Christendommen; saaledes har Flatøbogens Sammenskriver, paa samme Sted i Olaf Tryggvesöns Historie, af Erik den Rødes Saga optaget flere i den oprindelige Saga i Forbindelse med hin Beretning om Leif staaende Fortællinger, skjönt de ikke vedkomme Kong Olafs Historie. Han begyndte saaledes med Eriks Slægt og Aarsagen til hans Udvandring til Grönland, og gaaer, efterat have omtalt Leifs Færd, over til at tale om Bjarne Herjulfsöns Reise; og da han var kommen til at afskrive Capitlet om ham, har han troet at burde ogsaa meddele Beretningen om de andre Opsigt vækkende Begivenheder, som nærmest foranledigedes ved Bjarnes Reise og Fortællingen om samme. Denne forekom ham for lang til at indsættes i selve Kong Olafs Saga; han afbryder da Fortællingen og fuldfører Kongens Historie, og nu da intet hindrer ham mere, tager han igjen fat paa Traaden og holder den fast, og meddeler nu, under Benævnelsen *Grænlendínga Þáttr*, det hele Stykke han havde for sig, om Eriks Börn og om Viinlandsreiserne, fornemmelig dem, som de foretoge sig eller ansaaes at have staaet i Spidsen for.

Det andet Hovedarbeide er Thorfinn Karlsefnes Saga. Det er tydeligt, at Thorfinn er Hovedpersonen i Sagaen, og hans Viinlandsfærd den paafaldende Tildra-

tantum attingunt, Leivum Erici filium, jussu regis Olavi, in Grönlandiam trajecisse, ut ibi quoque christianam religionem annuntiaret: ita consarcinator Codicis Flateyensis huic eidem loco historiæ regis Olavi plures inseruit narrationes, ex historia Erici Rufi desumtas, in primitiva quidem historia cum vita Leivi conjunctas, ab historia vero regis Olavi alienas. Sic incipit ab genere Erici et causa ejus in Grönlandiam demigrationis, commemorataque Leivi profectione, transit ad navigationes Bjarnii Herjulvi filii; cumque caput de eo exscripserat, exponenda sibi quoque credidit alia admirabilia eventa, quibus profectio Bjarnii atque relatio de ea ansam præbuerat. Quæ cum ei longiora viderentur, quam ut ipsi historiæ de rege Olavo inseri possent, narrationem incidit, historiaque regis ad finem perducta, cum jam nihil eum moretur, resumtum narrationis filum tenet adsiduus, jamque, sub titulo „*Grænlendínga Þáttr*, particula de Grönlandis," totam, quam præ manibus habuit, particulam exponit de liberis Erici et profectionibus Vinlandicis, inprimis eis, quas hi susceperunt, aut quibus præfuisse existimati sunt.

Alterum principale scriptum est Historia Thorfinni Karlsefnii. Patet, Thorfinno in hac historia præcipuas tribui partes rerum gerendarum, ejus-

gelse, hvortil Mindet om Begivenhederne har knyttet sig og holdt sig vedlige, og som Sagaskriveren her har villet fremstille. Men da Karlsefnes Reise var foranlediget af den tidligere af Leif foretagne, maatte Forfatteren forudskikke, som en Indledning til sit Arbeide, Underretning om den, og da tillige Beretningerne om Eriks Slægt; og da ogsaa Karlsefnes Kone Gudrid, forhen gift med Thorstein Eriksön, spiller en betydelig Rolle i Sagaen, fandt han det passende at begynde med at oplyse hendes Herkomst, og kommer da til at omtale den navnkundige Landnamskone Aude den Grundrige, fordi Gudrids Farfader Vifil var hendes Frigivne. Efterat have omtalt ham, beretter han Erik den Rødes Reise til Grönland og Nedsættelse i dette Land, og fortæller dernæst, hvorledes Gudrids Fader Thorbjörn, efter hans Indbydelse, ogsaa drager did og tager der Bopæl. Hvorlunde Islænderne have fra Hjemmet medbragt deres Skikke og Indretninger, skjönnes tydelig af den her forekommende omstændelige Beskrivelse af en Spaakvindes Dragt og Maade at udføre sin Spaadom, en i höi Grad mærkelig Fortælling, den eneste nogenledes fuldstændige Oplysning herom, som nogensteds findes opbevaret. Efter dernæst at have omtalt Gudrids Giftermaal med Thorstein Eriksön og dennes Død, gaaer Forfatteren over til at omtale sin Helt Thorfinn, med det betydningsfulde Tilnavn Karlsefne, det er den, som tegner til

que profectionem Vinlandicam esse memorabile illud eventum, cui adsociata rerum gestarum memoria conservata sit, quodque scriptor hoc loco exponere voluerit. Cum vero maturiora ab Leivo suscepta itinera huic Karlsefnii profectioni ansam dedissent, relatio de his, ut et recensus Erici generis, tanquam introductio operis, ab auctore præmittenda fuerunt; atque, cum etiam Gudrida, Karlsefnii uxor, Thorsteini Erici filio ante nupta, principem in historia personam sustineat, visum ei est conveniens, ab exponenda ejus stirpe incipere, sicque in mentionem incidit celebris illius Œdæ Prædivitis, quod Vifil, avus (sive potius abavus) Gudridæ, ejus libertus erat. Quo commemorato, exponit de profectione Erici Rufi in Grönlandiam, utque ibidem sedem fixerit, et deinde, quomodo Thorbjörn, pater Gudridæ, ab Erico invitatus, eo quoque migraverit ibique consederit. Huc Islandos domo secum mores patrios et instituta attulisse, luculenter apparet ex descriptione hic occurrente, qua habitus fatidicæ modusque vaticinandi accuratissime describitur, quæ lectu dignissima narratio sola satis exactam continet hac de re expositionem, qualem in ceteris historiis Borealium frustra quæres. Exposito deinde Gudridæ ac Thorsteinis Erici filii connubio, hujusque morte, venit auctor ad heroem suum, Thorfinnum,

at blive en djærv og stor Mand, angivende ogsaa først hans Herkomst; og nu fortsætter han Fortællingen om hans og hans Medreisendes Færd, og slutter, efterat have fuldført denne og berettet om Karlsefnes Tilbagekomst til Grönland og Reise derfra til Island, hvor han nedsatte sig, med ên genealogisk Fortegnelse paa Karlsefnes nærmeste Efterkommere.

Kilderne til disse tvende Skrifter kunne henføres til tre Classer, nemlig ældre historiske Skrifter, Vers og Traditioner. Þáttr af Eiriki rauða hentyder udtrykkelig til et ældre skriftligt Monument, i det den siger, at der fortælles om de mellem Erik og Thorgestlingerne opkomne Stridigheder i Eriks Saga, en nu tabt Saga, der fuldstændigere har fortalt hele Eriks mærkværdige Levnetsløb; thi vel omtales disse Stridigheder noget omstændeligere i 2det Cap. af Karlsefnes Saga, hvilket kunde lede til den Tanke, at denne Saga meentes ved den her citerede Eriks-Saga, især da Karlsefnes Saga i nogle Afskrifter benævnes med dette Navn; men deels er dog ikke Fortællingen der ganske svarende til den omfattende Bestemmelse, at den skulde afhandle flere Stridigheder og Slag, deels, og fornemmelig fortælles ikke Eriks Levnet i denne Saga stort fuldstændigere end i Eriks Þáttr, men at der om Erik havdes langt fuldstændigere Beretninger, sees af andre Sagaer, især af Flóamanna Saga og Eyrbyggja

cui ominosum cognomen Karlsefni, i. e. in quo materia viri esset, impositum fuerat; cujus origine exposita, profectionem ejus et convectorum describit, eorumque ibi fata, Karlsefnii in Grönlandiam reditum, utque inde revectus in Islandia sedem fixerit; denique recensus genealogicus posterorum Karlsefnii historiam concludit.

Fontes horum duorum scriptorum ad tres classes referri possunt, nempe alia scripta historica, carmina et traditiones. Particula de Erico Rufo expresse antiquius scriptum innuit, significans, de controversiis inter Ericum et Thorgestianos ortis exponi in Historia Erici, quæ historia, nunc deperdita, memorabilem Erici vitam fusius explicavit; nam quanquam hæ controversiæ in capite 2do historiæ Karlsefnii aliquanto accuratius memorantur, unde quis induci posset credere, hanc historiam per Erici historiam, hoc loco citatam, significari, præsertim cum historia Karlsefnii in quibusdam apographis Eiríks Saga nominetur: tamen hæc narratio grandi illi assertioni, quod complures controversias ac prœlia continere deberet, non omni ex parte satisfacit, quo et inprimis accedit hoc, quod vita Erici in hac historia non multo plenius, quam in Particula de Erico, exponatur. Extitisse vero pleniores de Erico relationes, ex aliis historiis, inprimis Floamannorum et Eyranorum, appa-

Saga. Karlsefnes Saga har vistnok heller neppe i ældre Tiderført det for den ei passende Navn af Eriks Saga.

Ved Aarsbestemmelsen for Grönlands Bebyggelse hedder det i Eriks Þáttr, ligesom i den ældste Landnáma, der har den samme Beretning omtrent ordret: „svâ segja fróðir menn;" men Hauksbók udtrykker sig her: „svâ segir Ari prestr Þorgilsson." Rimeligviis har Flatøbogens Compilator taget dette Capitel af den af Are Frode forfattede ældste Landnama; men da denne i sin omtrent 1120 skrevne Íslendíngabók, angiver for denne Aarsbestemmelse en saare paalidelig Hjemmelsmand, nemlig Thorkel Gellersön, som havde sin Beretning fra een, der selv havde fulgt Erik ud til Grönland, saa har Hauk foretrukket her at nævne denne paalidelige Lærde som sin Hjemmelsmand. — Af Skjaldekvad citeres der i Eriks Þáttr kun eet, men meget mærkeligt, nemlig Hafgerðíngadrápa, af hvilket Kvad, forfattet af en unavngiven christen Sydərøbo, Stefet eller Omkvædet her anføres, ligesom ogsaa Landnamabogen har opbevaret dette Stef paa samme Sted, hvor den har optaget dette hele Stykke om Erik, og desuden et andet Distichon af Kvadet paa et andet Sted. Karlsefnes Saga anfører tre ikke mindre mærkelige i America improviserte enkelte Leiligheds-Stropher, nemlig to af Thor-

ret. Neque sane historia Karlsefnii hoc nomen, quod ei minime competit, antiquitus habuit.

In anno inhabitatæ Grönlandiæ definiendo tam Particula de Erico Rufo quam vetustissima Landnama, quæ eandem relationem iisdem fere verbis exhibet, auctoritatis loco citat virorum peritorum testimonia: „svâ segir fróðir menn;" Liber Hækianus vero ita rem exprimit: „svâ segir Ari prestr Þorgilsson, sic ait sacerdos Arius Thorgilsis filius." Sic Codicis Flateyensis consarcinator illud caput ex ipso Arii Multiscii de origine Islandiæ laudato opere desumsisse videtur; cum autem idem auctor, in Schedis suis de Islandia, scriptis circa annum 1120, testem hujus epochæ produxerit valde locupletem, nempe Thorkelem Gelleris filium, qui suam relationem acceperat ab aliquo, qui ipse Ericum in Grönlandiam fuerat secutus, Hækus hunc gravem auctorem citare maluerit. — In Particula de Erico unum quidem carmen citatur, sed admodum memorabile, nempe Hafgerðíngadrápa, ab christiano quodam Hebudensi anonymo compositum, cujus versus intercalares hoc loco afferuntur, quemadmodum etiam Landnama eodem loco, ubi totam hanc de Erico particulam inserit, hos versus servavit, et præterea alio loco duos alios versus. Historia Karlsefnii tres exhibet strophas, non minus

hal Jæger, da han skilte sig fra Karlsefne, og de droge ad forskjellige Veie, hin nordefter, men denne sydefter, for at opsøge Viinland; og en tredie af een af Karlsefnes Folk, i Anledning af at hans Mænd forfulgte een af de indfødte Amerikanere, som havde dræbt Thorvald. Enkelte Steder, saavel i den oprindelige Eriks Saga, som i Karlsefnes Saga synes at være byggede paa mundtlig Tradition; saaledes hedder det et Sted i den sidstnævnte om Thorhal, at han paa Irland blev kuet i Trældom, „eptir því sem kaupmenn hafa sagt," „eftersom Kjøbmænd have fortalt."

Betragte vi nu begge disse Sagaer nöiere, saa sees det, at de vel i Hovedsagen, Amerikas Opdagelse, stemme, men at de i de enkelte Omstændigheder dog ikke ere fuldkommen overeensstemmende; dette maa lede til den Formodning, at de ad forskjellige Veie ere komne til os. Hovedforskjellighederne i begge Relationer, som ogsaa Torfæus allerede har gjort opmærksom paa, ere følgende: 1. Eriks Saga beretter, at Amerikas Kystlande først saaes af Bjarne Herjulfsön, samt at de dernæst besøgtes og bleve navngivne af Leif Eriksön. Karlsefnes Saga taler aldeles intet om Bjarnes Færd, men angiver Leif for Opdageren af Landene, med den Forskjel at denne Saga lader ham opdage dem paa Tilbagereisen fra Norge, hin derimod lader ham reise fra Grönland for at opsøge dem. 2. Eriks

memorabiles, in America αὐτοσχεδιασμενας, nempe duas, auctore Thorhallo venatore, ab Karlsefnio digrediente, cum diversis itineribus, ille boream versus, hic austrum versus, ad quærendam Vinlandiam proficiscerentur; tertiam, auctore uno ex Karlsefnianis, cum comites Karlsefnii unum ex indigenis Americanis, qui Thorvaldum interfecerat, persequerentur. Paucæ relationes tam in Erici, quam in Karlsefnii historia, traditioni videntur esse superstructæ; sic de Thorhallo refertur, eum in Hibernia in servitutem fuisse redactum, „prouti retulerint mercatores."

Jam si utramque hanc historiam spectamus, apparet, eas quidem, quod ad summam rerum, inventionem Americæ, attineat, consentire, in singulis vero momentis non semper inter se congruere; unde concludere licet, eas diversis viis ad nos pervenisse. Utriusque relationis diversitates principales, quas jam Torfæus quoque annotavit, sequentes sunt: 1. Historia Erici refert, litoralia Americæ primo a Bjarnio Herjulvi filio visa, deinde ab Leivo Erici filio lustrata et nominibus insignita fuisse. Historia Karlsefnii, de Bjarnii profectione nullam faciens mentionem, Leivo terrarum inventionem tribuit; eo quidem discrimine, quod hæc historia eum facit ab Norvegia revertentem eas invenire, illa vero ad eas indagandas ab Grön-

Saga beretter, at Thorvald Eriksön efter Leif besøgte disse Lande, og blev der dræbt; Karlsefnes Saga fortæller hans Drab ved Beretningen om Karlsefnes Reise. 3. Eriks Saga beretter, at Leifs Broder Thorstein begyndte en Reise til disse Lande efter sin Broder Thorvalds Død; Karlsefnes Saga ansætter denne Reise för hans Død. 4. Eriks Saga angiver den tredie Reise foretagen af Karlsefne, og tilföier allene en fjerde Reise til Viinland, foretagen af Freydis, hvilken ikke omtales i Karlsefnes Saga. — Betragte vi disse Forskjelligheder, ligesom Fortællingerne i det Hele, saa sees det, at Eriks Saga har været omstændeligere i at berette om de Reiser, som Eriks Börn og de grönlandske Colonister foretoge sig, da Karlsefnes Saga derimod mere holder sig til sin Hovedperson Karlsefne, og omtaler saaledes ikke trende Reiser, nemlig Bjarne Herjulfsöns, Thorvald Eriksöns og Freydis's sidste, som ham ikke vedkommende. Naar Talen derfor er om de grönlandske Colonister, saa maa Eriks Saga fortrinlig komme i Betragtning, hvorimod Karlsefnes Saga fortjener störst Tiltro i Beretningerne om Karlsefnes Reiser. De øvrige Forskjelligheder kunne saaledes med dette Hensyn vel bestaae med hinanden; kun de forskjellige Beretninger om, naar Thorvald Eriksön dræbtes, falder det noget vanskeligt at forene, eftersom Karlsefnes Reise i Forbindelse med sin Kone Gudrid, som

landia proficisci. 2. Historia Erici refert, Thorvaldum Erici filium, proxime post Leivum, has terras visitasse, ibique interiisse; historia Karlsefnii cædem ejus cum relatione de Karlsefnii profectione conjungit. 3. Historia Erici refert, Thorsteinem, Leivi fratrem, mortuo fratre Thorvaldo, iter ad has terras suscepisse; historia Karlsefnii hanc profectionem morti ejus præmittit. 4. Historia Erici tertiam profectionem ab Karlsefnio susceptam commemorat, quartam addens susceptam a Freydisa, de qua in historia Karlsefnii nulla mentio fit. — Has diversitates, ut et relationes in universum, si consideramus, apparet, historiam Erici longiorem fuisse in profectionibus exponendis, quas liberi Erici ac coloni Grönlandi susceperunt, cum e contrario historia Karlsefnii versetur circa personam primariam, Karlsefnium, itaque tres profectiones prætermittat, nempe Bjarnii Herjulvi filii, Thorvaldi Erici filii et Freydisæ postremam profectionem, ut ab instituto suo alienas. Quare cum sermo est de colonis Grönlandicis, historiæ Erici præcipua ratio habenda est, cum e contrario historia Karlsefnii in narratione de profectionibus Karlsefnii majorem fidem mereatur. Hujus rei ratione habita, reliquæ diversitates facile invicem consistere possunt; tantummodo tempus, quo Thorvaldus Erici filius necatus sit, in du-

begge Sagaer lade deeltage i den (hvilket saa meget mindre kan være Tvivl underkastet, som der i dem begge berettes at Thorfinns og Gudrids Sön Snorre fødtes i Viinland) nødvendigviis maa falde efter Gudrids første Mands Thorsteins Død, hvor ogsaa begge Sagaer hensætte den. Denne Uovereensstemmelse kan neppe paa anden Maade hæves end ved at antage, at Karlsefnes Saga rimeligviis her nævner Thorvald Eriksön, ved en Navneforvexling for en anden Thorvald, der har været med paa Karlsefnes Reise. Omstændighederne ved denne Thorvalds Drab fortælles ogsaa noget forskjellig fra dem, som i Eriks Saga angives ved Thorvald Eriksöns Drab.

Hvad nu disse tvende Sagaers Alder angaaer, da viser det hele Sprog og Foredrag med umiskjendelige Mærker hen til det 12te Aarhundrede. Sproget er reent, Sætningernes Bygning simpel og ukunstlet. I Fortællingerne ere indflydte enkelte Vers med alle Mærker paa Ælde, til hvilke Mindet om Begivenhederne har knyttet sig, ligesom i de fortrinligste Sagaer fra den Tid; det dialogiske Foredrag træder her frem i sit fulde Liv, og man seer Forfatterne med fuldkommen Overbeviisning om Begivenhedernes Sandhed og Sikkerhed om at blive troet, at fremstille dem for Læserne. Dette forudsat om Alderen, hvorom ikke kan være Tvivl, begge Sagaers nemlig, ogsaa

bio versari videtur, cum profectio Thorfinni Karlsefnii unacum uxore Gudrida, quam utraque historia itineris faciunt sociam (de quo hoc minus dubitari potest, quod utraque historia Snorrium filium in Vinlandia natum perhibet), post mortem Thorsteinis, prioris Gudridæ mariti, necessario suscepta esse debeat, quod et utraque historia observavit. Hæc diversitas vix alio modo tolli potest, quam statuendo, historiam Karlsefnii hoc loco, permutatis nominibus, Thorvaldum Erici filium nominare pro alio Thorvaldo, qui profectionis Karlsefnii socius fuerit. Peristases quoque, ad cædem hujus Thorvaldi pertinentes, diversæ sunt ab iis, quas circa cædem Thorvaldi Erici filii commemorat Erici historia.

Quod ad ætatem harum duarum historiarum adtinet, tota stili atque expositionis ratio signis indubiis eam ad seculum duodecimum refert. Sermo est purus, structura periodorum simplex et nativa. Pauca, quæ narrationibus intermixta reperiuntur, carmina, rerum gestarum memoriam conservantia, omnia habent antiquitatis indicia; ut in omnibus hujus ætatis historiis, ita quoque in his expositio dialogica vivit et viget; videsque scriptores, de rerum veritate persuasos, fideique certos, narrationes suas lectoribus exponere. Hac posita certissima ætate utriusque historiæ, etiam Karlsefnii, cujus quidem genealogiæ, in fine al-

Karlsefnes, hvis Genealogier i Slutningen, i Sagaens ene Recension, vel gaae ned i det 14de Aarhundrede, men ere upaatvivlelig af en senere Afskriver førte saa langt, ville vi vel vanskelig komme paa Spor efter, hvo Forfatterne have været, men dog ledes til nogle rimelige Formodninger i Henseende til Forfattelsen. De tvende Sagaer vise sig som to af hinanden uafhængige Behandlinger af Opdagelsesreiserne; ingen af Forfatterne kan rimelig have kjendt den andens Arbeide; og da nu Eriks Saga fortæller de i Grönland Bosattes Tildragelser med en Fuldstændighed, hvortil, om dem, Karlsefnes Saga ikke kjender, og derimod indeholder en Urigtighed om Karlsefnes Slægt, som neppe nogen Forfatter paa Island i det 12te Aarhundrede kan have begaaet, i det den nemlig gjör Biskop Thorlaks Fader Runolf til en Sön af Hallfrid Snorresdatter, istedenfor at han var hendes Mand, saa er det troligt at den oprindelige Eriks Saga er forfattet og opskreven paa selve Grönland, og er først kommen til Island en rum Tid, maaskee et Par Aarhundreder, derefter. Flatøbogens Compilator har da extraheret og afskrevet de Stykker, som ved denne Codex ere os bevarede; og, skjönt han ikke har benyttet den anden Bearbeidelse af Thorfinns Livsbegivenheder, sees det dog at han har været bekjendt med, at der om denne existerede flere og udførligere Optegnelser, som grundede sig paa hans egne Relationer, hvilket han udtrykker ved til Slutningen

terius recensionis, ad seculum 14tum descendunt, absque dubio autem seriore tempore tam longe deductæ sunt, magna quidem objicitur investigandi auctoris difficultas, aperitur autem via ad probabiles de scriptione conjecturas. Exhibent sese utræque historiæ, tanquam tractationes itinerum indagandi causa institutorum, quæ altera ab altera non dependeant, quarum auctores alterius scriptum non cognoverint. Jam cum Erici historia res colonorum Grönlandicorum ignara historiæ Karlsefnii accuratione exponat, contineat autem quiddam de Thorfinni genere minus recte propositum, quod vix ullus scriptor Islandus seculi duodecimi proponere potuisset, dum Runolvum, patrem episcopi Thorlaci, filium faciat Hallfridæ, Snorrii filiæ, cum maritus ejus fuerit: credibile est, primitivam Erici historiam in ipsa Grönlandia compositam et conscriptam esse, et primum longo post tempore, forte ducentis annis, in Islandiam pervenisse. Commentariorum, qui Codici Flateyensi sunt inserti, compilator illos excerpsit et descripsit, aliasque certe extitisse, et prolixiores quidem, de Thorfinni vita et gestis relationes, licet ipsi libro non insertas, quæ ipsius herois orali recitationi originem debere ferebantur, novisse cernitur, quum descriptæ narrationis conclusioni addiderit, Karlsefnium historiam de his omnibus profectionibus omnium hominum accu-

at tilföie, at Karlsefne havde nöiagtigst berettet Tildragelserne med alle disse Reiser. — Naar de indskrænkede Efterretninger, man har om Grönland i det 12te Aarhundrede, ikke tillade os at fremsætte rimelige Formodninger om, hvo der først har ført Eriks Saga i Pennen; frembyder sig derimod med Hensyn til Karlsefnes Saga Anledning til Gisning i saa Henseende. Karlsefnes Sön Snorre fødtes, ifølge begge Sagaerne, i Viinland; af ham var Biskop Thorlak, som fødtes 1085, döde 1133, en Dattersön, Biskop Brand, som valgtes 1163, var hans Sönnedatters Sön, og Biskop Björn, som valgtes 1146, var hans BrodersDattersön. Een af disse trende lærde Mænd har det rimeligviis været, som har forherliget sin Slægt ved for Efterverdenen at opbevare Minderne om dens Stordaad, men hvo af dem, vil vanskelig kunne afgjöres. Da man har to Recensioner af denne Saga, vel i det Hele temmelig overeensstemmende, men dog i Slutningen noget forskjellige, saa sees det, at flere have beskjeftiget sig med at bearbeide den. Den ene af disse slutter Genealogien bag ved med disse trende Biskopper, den anden derimod tilföier hele Hauk Laugmands Ætledning fra Karlsefne. — Den berömte islandske Annalskriver Björn Jónsson á Skarðsá tilkjendegiver i sin grönlandske Samling, hvori han har indført den sidstnævnte Recension af Karlsefnes Saga, at han har taget denne Saga, ligesom flere Stykker i Samlingen, af Laugmand Hauks Bøger,

ratissime exposuisse. — Quamvis parciores relationes de rebus Grönlandicis seculi 12mi prohibent conjecturas probabiles proponere, quis primum Erici historiam literis mandaverit, tamen historia Karlsefnii occasionem præbet de auctore suo conjectandi. Snorrius, Karlsefnii filius, teste utraque historia, in Vinlandia natus est; hujus ex filia nepos fuit doctissimus episcopus Thorlacus, natus 1085, mortuus 1133; ejusdem ex nepte pronepos fuit episcopus Brandus, electus 1163, fratrisque ejus e filia nepos episcopus Björn, electus anno 1146. Fuit absque dubio unus de his tribus doctis viris, qui familiæ suæ gloriam, res ab ea præclare gestas posteris tradendo, conciliare studuit; quis autem fuerit, haud ita facile dijudicatu erit. Cum duæ existant hujus historiæ tractationes, in universum satis quidem consentientes, sub finem vero nonnihil diversæ, apparet, plures manum huic historiæ tractandæ admovisse. Unus horum historiam genealogia trium, quos modo nominavimus, episcoporum concludit, alter autem totum genus Hœki prætoris a Karlsefnio inde adjicit. — Celeber ille inter Islandos scriptor annalium Björn Jonæus Skardsaënsis, in collectione sua Grönlandica, cui memoratam historiæ Karlsefnii tractationem inseruit, indicat, se hanc historiam, ut plures hujus suæ collectionis particulas, ex libris Hœki

„sem þessa Hauksbók hefir skrifat ok flestum fróðleiks annálum uppá safnat úr heiðni ok kristni, úr bróður Gunnlaugs bókum ok mörgum öðrum;" og han anfører i den Anledning hele Hauks og hans Kone Steinun Aladatters Slægtregistere. Denne Hauk Erlendsön blev Laugmand 1295, og nedstammede i niende Led fra Karlsefne; han var en saare lærd Mand, og bearbeidede blandt andet den vigtige Landnámabók, i hvilken han i sin Recension paa adskillige Steder tilföiede sin egen og sin Families Slægtregistere. Da den Recension af Karlsefnes Saga, som Björn Jonsson har indfört i sin Samling, er den samme som findes i den fortrinlige Codex Nr. 544, som her er lagt til Grund, og denne efter alle Mærker er fra Begyndelsen af det 14de Aarhundrede, hvilket ogsaa bestyrkes deraf, at de da levende eller nærmest ved den Tid levende benævnes med Titulaturen Herra og Frú, nemlig Hauk selv og hans Fader Erlend, ligesom ogsaa dennes Søskendebarn og Hauks Næstsøskendebörn; og da denne Codex tildeels er skreven med den samme Haand som Fragmenterne af den om Islands Bebyggelse handlende Hauksbók, som opbevares i Nr. 371 i 4: saa er det uden for al Tvivl, at vi i denne Codex have tildeels Hauks egen Afskrift af Sagaen tilbage. Broder Gunnlaug, som her nævnes, var Munk

prætoris desumsisse, his verbis eum laudans: „qui hunc librum Hœkianum conscripsit, plurimosque annales, multa scitu digna continentes, tam ante, quam post introductam christianam religionem, ex libris fratris Gunnlœgi, aliisque multis collegit;" quare totum Hœki uxoris, Steinunnæ Alii filiæ, genus huic operi interseruit. Hic Hœkus prætor creatus est anno 1295, nono gradu consanguinitatis ab Karlsefnio descendens. Fuit vir perquam doctus, et præter alia manum admovit libro egregio de occupatione Islandiæ, Landnámabók dicto, cui, variis suæ recensionis locis, suam familiæque suæ genealogiam inseruit. Cum recensio historiæ Thorfinni Karlsefnii, quam suæ collectioni inseruit Björn Jonæus, eadem sit quam exhibet eximius codex, h. l. fundamento positus, ut ex omnibus signis judicare est, initio seculi 14ti scriptus, quod etiam eo confirmatur, quod ejus ætatis homines, cive ætati proximi, nempe ipse Hœkus ejusque pater Erlendus, nec non hujus consobrina et Hœki consobrinarum natæ, titulo Domini ac Dominæ insigniuntur, cumque hicce codex eadem manu scriptus sit ac fragmenta Libri Hœkiani de occupatione Islandiæ sub num. 371 in 4to servata: indubium esse videtur, nos in hoc codice aliqua ex parte proprium Hœki apographum hujus historiæ legere. Frater Gunnlœgus, qui

i Thingøre-Kloster i Slutningen af 12te og Begyndelsen af 13de Aarhundrede, døde 1219, og var en lærd Mand. Han nævnes her som Forfatter eller Oversætter af de i denne Hauksbók optagne Breta-Sögur, hvilke Björn Jonsson omtaler i sin Grönlandske Samling. Muelig har han i sin Tid ogsaa afskrevet Karlsefnes Saga, men selv den lidet forskjellige Recension, som vel er den yngste, hvis Afskrift rimelig skyldes Hauk, er i en ganske anden og om höiere Ælde vidnende Tone, end der hersker i Broder Gunnlaugs Arbeider, hvilket strax bemærkes ved at læse hans Bearbeidelse af Olaf Tryggvesöns Saga; hvoraf det da bliver klart, at han ei kan være Forfatter til denne Recension, og ligesaa lidt til den anden. Af disse foranførte Angivelser vil Paalideligheden af de i begge Sagaer indeholdte Beretninger være indlysende, da man med temmelig Sikkerhed kan antage dem begge opskrevne, om ikke medens adskillige af de Personer, som selv havde været med i America, endnu levede, dog upaatvivlelig ei længe efter deres Død, i hvilken Henseende det er vel at mærke, at den talentfulde Gudrid, som efter sin Hjemkomst til Island og sin Mand Karlsefnes Død foretog sig en Reise til Rom, levede efter Tilbagekomsten længe som Nonne. Beretningerne, forplantede gjennem en anseet og talrig Slægt, findes end i fortrinlige gamle Haandskrifter, som paa behørige Steder ere nöiere beskrevne.

hic nominatur, fuit monachus monasterii Thingeyrensis, sub finem seculi 12mi et ineunte seculo 13tio, mortuus anno 1219, vir doctus. Is heic memoratur ut auctor sive translator operis, dicti Breta-Sögur, Britannorum Historiæ, Codici illi Hækiano inserti, quod quidem Björn Jonæus in sua collectione laudat. Fieri quidem potest, ut etiam historiam Karlsefnii exscripserit, sed ipsa parum diversa recensio, ætate quidem recentior, ipsius vero Hæki, ut videtur, apographum, alium prorsus et antiquiorem servat orationis colorem, quam qui in fratris Gunnlægi scriptis dominatur, quem perspicuum reddit lectio historiæ Olavi Tryggvidæ, unde apparet, eum neque posse hujus recensionis, neque alterius illius auctorem fuisse. Ex his præmissis argumentis fides relationum utriusque historiæ apparebit, cum perquam probabile sit, utramque conscriptam esse, si minus ætate illorum ipsorum, qui profectionibus Vinlandicis interfuerant, at sine dubio non longe post eorum mortem. Quo nomine probe notandum est, Gudridam, fœminam non minus artibus, quam ingenio, præclaram, quæ post reditum in Islandiam obitumque mariti iter Romam suscepit, reversam diu ut monialem vixisse. Relationes, per amplam et numerosam familiam propagatæ, adhuc exstant in egregiis antiquis codicibus manuscriptis, de quibus infra dicemus.

Næsten alle paa Island nævnte Steder ere til med de samme Benævnelser endnu den Dag i Dag, og til enkelte af dem knytter sig endnu Mindet om de Personer, der omtales i disse Sagaer. Paalideligheden af Beretningerne bestyrkes desuden ved det, at en Deel af dem, og deriblandt den om Viinlands Opdagelse, omtales i flere af de bedste andre islandske Oldskrifter. De vigtige Værker Landnámabók, Kristni-Saga, Snorre Sturlesöns Norges Konge-Sagaer, eller som de ofte, skjönt mindre rigtig benævnes, Heimskríngla, Olaf Tryggvesöns Saga i flere Recensioner, Eyrbyggja Saga, Laxdæla Saga meddele Beretningerne om Erik og Leif deels ordret, deels udtogsviis; andre Sagaer have ogsaa Tillæg til Eriks Historie, saaledes den hidindtil utrykte Flóamanna Saga, som fortæller om Thorgils Thordersöns, kaldet Orrabeinsfostres Reise til Grönland ifølge Erik den Rødes Indbydelse og hans Ophold sammesteds. Disse og andre Sagaers Beretninger ere anførte paa sine Steder, og Parallelsteder af samme tagne, forsaavidt de fandtes at afgive Oplysning eller Bestyrkelse for de her indeholdte.

Ligesom Begivenhederne i Almindelighed bestyrkes ved ogsaa at omtales i andre Sagaer, saaledes afgive de mange Genealogier, som findes at stemme med Are Frodes Íslendínga-

Omnia fere Islandiæ loca, quorum in his scriptis mentio fit, iisdem nominibus ad hunc usque diem exstant, et cum quibusdam ex his memoria hominum, quorum in his historiis mentio fit, etiamnum conjuncta est. Confirmatur quoque ea re fides relationum, quod earum nonnullæ, nominatim inventio Vinlandiæ, in quibusdam aliis præstantissimis antiquis Islandorum scriptis memorentur. Opera historica, ad res cognoscendas magni momenti, Liber occupationis Islandiæ, Historia religionis Christianæ in Islandiam introductæ, Heimskringla Snorrii Sturlæ filii sive Historiæ regum Norvegicorum, Historiæ regis Olavi Tryggvii filii plures recensiones, Historia Eyranorum et Historia Laxdalensium relationes de Erico et Leivo partim verbo tenus, partim per compendium exhibent; aliæ additamenta ad historiam Erici continent, ut Historia Floamannorum, quæ Thorgilsis Thordi filii, dicti Orrabeinis alumni, profectionem explicat, utque ab Erico invitatus in Grönlandia aliquamdiu moraretur. Hæ et aliarum historiarum relationes suis locis allatæ sunt, additaque loca parallela, ex iisdem desumta, quatenus res propositas confirmare aut iis lucem affundere visa sunt.

Quemadmodum fides rerum, mentione aliarum historiarum, in universum confirmatur, ita quoque multæ illæ genealogiæ, quæ cum Schedis Arii Multiscii, Libro de occupa-

bók, Landnámabók og flere af de fortrinligste Sagaer, ogsaa et Vidne om, at Forfatterne have haft paalidelig Underretning. Efter Genealogierne i de her indeholdte Sagaer, sammenholdte med dem som findes i flere Oldskrifter, har jeg, for at lette Oversigten over Slægterne, udkastet de bag til föiede genealogiske Tabeller, i hvilke Navnene paa de Personer, som deeltoge i Opdagelsesreiserne til America, ere trykte med udmærkede Bogstaver. Oprindeligviis havde jeg kun ført disse til det 12te og 13de Aarhundrede; senere har Professor Finn Magnusen anvendt megen Tid og Granskning paa til Værket „Grönlands historiske Mindesmærker" at fortsætte nogle af dem gjennem de følgende Aarhundreder lige til vor nærværende Tid. Enkelte af dem meddeles her saaledes fuldførte, i den Forventning at det vil interessere Læseren at oplyses om, at flere berömte Mænd, saavel paa Island som i Danmark og Norge, nedstamme fra Americas første Opdagere og fra en Mand som i Middelalderen er født der, fra hvem mange endnu Levende, som det sees, kunne udregne deres Herkomst, iblandt disse selve Professor Finn Magnusen saavel paa fædrene som paa mødrene Side.

Nogle faa Steder i begge Sagaer træffer man Spor til Tro paa Gjengangere og Spaadomme; dette hører

tione Islandiæ, aliisque præstantissimis historiis consentiunt, abunde testantur, auctores certa rerum notitia instructos fuisse. Secundum genealogias in scriptis huic operi insertis occurrentes, collatis cum genealogiis in aliis antiquis scriptis occurrentibus, quo facilior redderetur familiarum conspectus, tabulas genealogicas, ad calcem adjectas, adumbravi; in quibus nomina personarum, quæ itineribus indagandi causa in Americam susceptis interfuerunt, majoribus literis expressa sunt. Has genealogias primo quidem tantum ad seculum 12mum et 13ium deduxeram. Deinde vero doctissimus Finnus Magnusenius, opus, quod inscribitur „Grönlands historiske Mindesmærker" monumenta historica Grönlandiæ, ornaturus, multum temporis ac studii in quibusdam ex his genealogiis per sequentia secula ad nostra usque tempora deducendis collocavit. Quas genealogias hoc modo absolutas cum lectoribus communicamus, non dubitantes fore permultos, qui libenter relatum legant, complures viros celebres, tam in Islandia, quam in Dania et Norvegia, ex primis Americæ inventoribus et ex viro, qui ævo medio ibidem natus est, originem ducere; a quibus multi nostro ævo viventes, ut apparet, origines suas repetere possunt, in quibus ipse Finnus Magnusenius.

Paucis quibusdam utriusque historiæ locis deprehenduntur vestigia fidei spectris et vaticiniis habitæ; scilicet

til hine mindre oplyste Tiders Anskuelsesmaade, og de Begreber de dannede sig om Begivenhedernes Aarsager og Sammenhæng. Disse Træk kunne altsaa naturligviis ikke være noget Vidne imod Begivenhedernes Troværdighed. Man kan ei undres over, at Overtroen kan have i hine Tider dannet sig saadanne Syner under heftigt Feberanfald i et rædsomt Clima i Grönlands eensomme Bygder, som de der fortælles ved Beretningen om Thorstein Eriksöns Død i Vesterbygden. Sagnene om Gjengangerne der have rimeligviis været dannede af Gudrid, som af brændende Iver for Christendommen, for hvilken hun allerede fra sin Ungdom af viste stor Hengivenhed, har angivet, at hendes Mands Gjenfærd anpriste denne Religion, men at alle Spøgerierne vare forvoldte af den afdøde Hedning Gardar. Hendes Syn eller Dröm ved Træfningen med Skrælingerne i America beroer paa hendes eget Udsagn, og hun synes at have haft noget Hang til det Vidunderlige.

Foruden de tvende större Arbeider, som indeholde Nordboernes første bekjendte Opdagelsesreiser til America, der ifølge disse først blev seet i Aaret 986 af Bjarne Herjulfsön, findes der i Nordens Oldskrifter en Deel andre Beretninger, som tjene til nöiere at oplyse Nordboernes Bekjendtskab med denne Verdensdeel, og deres senere Reiser did, som have varet til Midten af det 14de Aarhundrede.

rudior ætas res hoc oculo considerabat, sic rerum causas et connexiones animo suo informabat. Quare non est, ut tales descriptiones fidem rerum historicam ullo modo infringere possint. Nempe minime mirum censeri debet, superstitionem eorum temporum, vehementi febris accessione, plaga formidabili, locis Grönlandiæ incelebribus, tales visiones fingere potuisse, quales memorantur in relationibus de morte Thorsteinis Erici filii in tractu occidentali. Relationes de spectris ibidem apparentibus haud dubie confictæ sunt a Gudrida, quæ, christianæ religioni jam inde a juventute dedita, fervore religioso commenta est, redivivos mariti manes hanc religionem commendasse, omnium vero spectrorum auctorem fuisse mortuum Gardarem, ethnicum. Visio ejus vel somnium inter prœlium cum Skrælingis in America dependet ex sola ipsius relatione, ipsa vero rebus miraculosis nonnihil dedita fuisse videtur.

Eyjúlfr or Svíney ok [synir Brands[1] or Álptafirði[2] ok þorbjörn Vífilsson; en þorgestlíngum[3] veittu synir þórðar gellis ok þorgeir or Hítardal. Eirekr varð sekr á þórsnesþíngi[4], bjó Eirekr þá skip sitt til[5] hafs í Eireksvogi; en er hann var búinn, fylgðu þeir Styrr honum út um eyjar. Eirekr sagði þeim, at hann [ætlaði at[6] leita lands þess, er Gunnbjörn, son Úlfs kráku, sá, [er rak

Eyulf fra Svinø, Brands Sönner fra Alptefjord og Thorbjörn Vifilsön ydede Erik Bistand i Sagen; men Thord Gellers Sönner og Thorgeir fra Hitardal stode Thorgestlingerne bi. Erik blev paa Thorsnes Thing erklæret fredløs, og han gjorde da i Eriksvaag sit Skib i Stand; og da han var færdig, fulgte Styr og de andre ham ud forbi Øerne. Erik sagde dem, at han agtede at opsøge det Land, som Ulf Krages

Eyulvus de Svineya, filii Brandi de Alptafjördo, et Thorbjörn Vivilis filius causæ Eiriki patrocinabantur; Thorgestianis vero adfuere filii Thordi Gelleris et Thorgeir de Hitardalo. Eirikus in comitiis Thorsnesensibus[a] reus[b] factus, navem suam oceano paravit in Eiriksvogo *(sinu Eirikio)*; quem, ut paraverat sese, Styr ac sui extra insulas prosecuti sunt. His significavit Eirikus, in animo esse sibi, terram quærere, quam vidisset

1) synir þorbrands, *X;* þorbrandr or Alptafirði, *Ol. Tr. S.* 2) á Skagaströnd, *add. X.* 3) þorgestíngum, *X.* 4) *s.* þórnessþíngi, *F;* þórsnessþíngi, *Ol. Tr. S.* 5) *abest in F.* 6) mundi, *id. X.*

landiæ occupatione, ex quibus apparet, quantum veteres his columnis tribuerint.

a) Hæc comitia celebrata sunt anno 983, quod ex *Eyrbyggja* p. 108 apparet, ubi tam de origine et exitu causæ, quam de Eiriki in Grænlandiam profectione et sedibus ibidem ab eo occupatis agitur. Confer ea quæ ad *Karlsefnis Sagam*, cap. 2, allata sunt. Sic confirmatur sententia Birgeri Thorlacii, qui in suo de Eiriko Rufo programmate, ed. Hafn. 1811, statuit, Eirikum Rufum in Islandiam venisse annis 970 et 980 intermediis, referens ejus nativitatem ad medium sec. 10mi, quod *Floamanna Saga* eum æqualem faciat Thorgilsi, Orrabeinis privigno, qui secundum sententiam Suhmii (*Tabeller til critisk Historie af Danmark*, p. 376) natus sit anno 951.

b) *sekr*, proprie significat criminis reus, pœna dignus, *sakaðr* vero, a *saka*, accusatus; deinde *sekr* sæpe absolute, condemnandus, proscribendus s. mortis reus, ex. gr. in *Islendingabók* Arii Polyhistoris, c. 8, p. 14: „*á Skapta dögum urðu margir höfðingjar ok ríkismenn sekir eða landflótta of víg eða barsmiðir,*" i. e. „Scaptii tempore plures proceres primoresque partim morte partim exilio sunt multati, idque vel ob homicidia patrata vel inflicta armis vulnera;" ubi *sekr* distinguitur a *landflótta*, cui tamen sæpe synonymum est.

vestr um haf, þá er hann[1] fann Gunnbjarnarsker; kveðst hann aptr mundu leita til vina sinna, ef hann

Sön Gunnbjörn saae, da han drev vester ud i Havet, den Gang han fandt Gunnbjörns Skjær; han sagde at han

Gunnbjörn[a], filius Ulvi Krakæ *(Graculi)*, quando per oceanum occidentalem jactatus, Gunnbjörnis Scopulos[b] invenisset; dicens, si terram inveni-

1) þá er hann sigldi umhverfis Island, ok, *quando, circumnavigata Islandia*, X; þá er hann rak vestr um Island, er hann, *cum Islandiam occidentem versus tempestate præterlatus, Gunnbjörnis scopulos inveniret*. *Ol. Tr. S.*

a) Idem quoque memorat *Landnama*, P. 2, c. 14, p. 82, propius tamen accedens ad *Karlsefnis Sagam*, cui ea de causa var. l. ex *Landnama* additæ sunt. Aliis locis *Landnama* recenset cognatos Gunnbjörnis, territoriaque ab eis occupata, nempe P. 2, c. 8, p. 70, his verbis: „*Grimkell hèt maðr, son Ulfs kráku, Hreiðarssonar, bróðir Gunnbjarnar, er Gunnbjarnarsker eru viðkend; hann nam land frá Beruvikurhrauni til Neshrauns ok út um Öndverdtnes, ok bjó at Saxahvoli*," i. e. „Grimkel nomen erat viro, filio Ulvi Graculi, filii Reidaris, fratri Gunnbjörnis, ex quo Gunnbjörnis scopuli sunt denominati; is territorium occupavit ab aspreto Beruvikensi usque ad aspretum Neshraun et ultra Öndverdarnesum, et Saxahvoli habitavit." Item, P. 2, c. 29 p. 116: „*Gunnsteinn ok Halldór hètu synir Gunnbjarnar, Ulfs sonar kráku, er Gunnbjarnarsker eru viðkend; þeir námu Skötufjörð ok Laugardal ok Ögursvik til Mjófafjarðar. Bersi var son Halldórs, faðir þormóðar kolbrúnarskálds*," i. e. „Gunnstein et Haldor erant filii Gunnbjörnis, filii Ulvi Graculi, ex quo scopuli Gunnbjörnis sunt denominati; hi occupaverunt Skötufjördum et Lœgardalum et Ögursvikam usque ad Mjovafjördum. Filius Haldoris erat Bersius, pater Thormodi Kolbrunæ-poëtæ." Hic Thormodus poëta celeber fuit regis Olavi Sancti, qui una cum rege in prœlio Stiklastadensi anno 1030 cecidit, cfr. *Fornmanna Sögur*, 5, p. 89-93.

b) *Gunnbjarnarsker*, scopuli Gunnbjörnis, sunt insulæ quædam, quæ, secundum relationem Björnis Jonæi, in ejus Collectaneis Grænlandicis, jacent in medio fere mari inter Islandiam et Grænlandiam, caurum versus ab ostio Isafjördi (*undan Isafjarðar mynni til útnorðrs*). Has insulas Gunnbjörn scopulos appellavit, quemadmodum Gardar magnam illam insulam Islandiam Holmum (*parvam insulam*) appellaverat. Hæ insulæ nunc omnino ignotæ sunt, sed eas extitisse, forte quoque inhabitatas fuisse, argumenta satis adsunt, tam in *Landnama*, ubi, P. 2, c. 30. p. 119, profectio illuc describitur, quam in diversis relationibus, quas Björn Jonæus in Collectaneis suis servavit, in quibus est ea, quod Björn Hierosolymipeta, qui anno 1391 in Islandiam venit, ad scopulos Gunnbjörnis appulit, ibique tractum habitatum deprehendit, sed admonitus est, ne in terram egrederetur. Similiter quoque Manuscriptum 770c in 4to ad calcem particulæ de Thorbjörne Karlsefnio, quam in hac collectione edidi, mentionem facit Björnis Einaris filii, „*sem með sinni hústrú Olöfu sigldi landa á meðal, ok hlaut at gista í Grænlandi, hafði hann sýslu i Eireksfirði at vild Grænlendinga; sami Björn bóndi Einarsson úr Vatsfirði kom einn tíma við Gunnbjarnarsker eðr eyjar; einn með hans mönnum var Einar fóstri, gott skáld; hann sendi menn sína átta á eyna þá stærstu, þeir skyldu þar talit hafa 18 bœi, en þorðu ekki at kunna; þar skyldu verit hafa 5 stórar eyjar, allmargar smærri*, i. e. „qui cum uxore sua Olöfa inter terras navigavit, et in Grænlandia diversari coactus, volentibus Grænlandis, toparchiam in

fyndi[1] landit. Eirekr sigldi undan Snæfellsjökli[2]; hann fann landit, ok kom utan at því, þar sem hann kallaði Miðjökul[3]; sá heitir nú Bláserkr. Hann fór [þá þaðan[4] suðr með landinu, at leita ef þaðan[5] væri byggjanda landit. Hann var hinn fyrsta vetr í Eireksey nærr miðri hinni eystri bygð; um vorit eptir fór hann til Eireksfjarðar, ok tók[6] sèr þar bústað. Hann fór þat [sumar í hina vestri úbygð[7], ok gaf víða[8] örnefni. Hann var annan

vilde komme tilbage til sine Venner, hvis han fandt Landet. Erik seilede ud fra Sneefjelds Jøkel; han fandt Landet, og kom fra Havet ind til det Sted, som han kaldte Midjøkel; den hedder nu Blaasærk. Han drog da derfra sönder med Landet, for at undersøge, om det, naar man kom videre, var bebyggeligt. Den første Vinter var han paa Eriksø næsten paa Midten af den østre Bygd; Vaaren efter drog han til Eriksfjord, og tog sig der Bopæl. Han drog den Sommer til den vestre Ubygd,

ret, se amicos suos revisurum. Eirikus ab Snæfellsjökule *(monte glaciali Snæfellensi)*[a] navigavit; invenit terram, eamque ab alto advectus est, quo loco Midjökulem *(montem glacialem medium)* appellavit, nunc Blaserkum nominatum; tum inde austrum versus terræ littora legebat, quæsiturus, an proxima terræ pars esset habitabilis. Primam hiemem transegit in Eiriks-eya, prope a medio tractu orientali[b]. Sequenti vere Eiriksfjördum intravit, ibique sedem occupavit. Eadem æstate in deserta occidentalia profectus, multis locis nomina imposuit. Alteram hiemem egit in Hólmis

1) ekki, *non, add. X.* 2) Snæfellsnesi, *Ol. Tr. S.* 3) hinn mikla jökul, *montem glacialem magnum, X, et quædam exscr. Ol. Tryggv. S.* 4) siðan, *postea, X.* 5) þar, *X*, þángat, *eodem sensu, Ol. Tr. S.* 6) fèkk, *comparavit, Ol. Tr. S.* 7) sama haust ■ vestri bygð, *eodem autumno in tractum habitatum occidentalem, X, et quædam exscr. Ol. Tr. S.* 8) margs staðar, *id. X, et quædam exscr. Ol. Tr. S.*

Eiriksfjördo habuit. A Vatsfjördo ad scopulos sive insulas Gunnbjörnis eodem Björne Einaris filio aliquando veniente, unus comitum ejus, nomine Einar nutritor, bonus poëta, viros suos octo in maximam insulam misit; eos ibi 18 prædia vidisse fertur, quæ tamen explorare non ausi sint; dicuntur ibi fuisse quinque magnæ insulæ, permultæ minores. Confer *Islands Arbækur* (libros annales) Jonis Espolini, ed. Societ. Liter. Isl. Pars 1, Hafn. 1821, pag. 107, 112. Manuscriptum 770c 4to addit: „*þaðan frá hefir sjaldan sannspurt verit af Grænlandi,*" i. e. „ab eo inde tempore (1391) raro de Grænlandia certi relatus cogniti sunt."

a) mons magnus glacialis in occidentali ora Islandiæ.

b) De duobus Grænlandiæ territoriis, Œstbygda et Vestbygda, vide annotationes geographicas ad calcem libri.

vetr í Hólmum[1] við Hrafnsgnípú[2]; en hit þriðja sumarit fór hann[3] til Íslands, ok kom skipi sínu í Breiðafjörð. Hann kallaði landit, þat er

og gav mange Steder Navn. Den anden Vinter var han paa Holme ved Rafnsgnipa, men den tredie Sommer foer han til Island, og kom med sit

(insulis) juxta Hrafnsgnipam; sed tertia æstate in Islandiam profectus est, navemque suam in Breidafjördum appulit. Terram, quam invenerat[a], Græn-

1) Eirekshólmum, *X, Ol. Tr. S.* 2) Hvarfsgnípu, *Ol. Tr. S.* 3) norðr til Snæfells, ok allt inní Hrafnsfjörð, þá kveðst hann kominn fyrir botn Eireksfjarðar; hvarf hann þá aptr, ok var hinn þriðja vetr í Eireksey fyrir mynni Eireksfjarðar. Eptir um sumarit fór hann, i. e. *boream versus ad Snæfellum et usque in Rafnsfjördum penetravit, dicens, se tum intimum Eiriksfjördi recessum superasse; quo facto reversus tertiam hiemem egit in Eiriksoya ante ostium Eiriksfjördi. Sequenti æstate profectus est, add. X, Ol. Tr. S.*

a) Dubium reddere conatur Bussæus, in ed. Schedarum Arii Polyhist. p. 32, Grænlandiam ab Eiriko primum inventam et nomine insignitam fuisse, dum refutat sententiam Arngrimi Jonæi, Theodori Thorlacii et Thormodi Torfæi, veterum Islandorum relationibus fundatam, his verbis: „Hinc probare satagunt Arngrimus Jonæ, eumque sequentes Theodorus Thorlacius et Thormodus Torfæus, Eirikum Rufum primum Grænlandiæ nomen imposuisse, cum tamen diu ante hoc tempus Ludovici Pii imp. Diploma, quo Ansgarius Archiepiscopus Hamburgensis constituitur, datum illud a. C. 834, item Gregorii IV, Pontif. Rom., Bulla, anno sequenti 835 scripta, eundemque confirmans archiepiscopatum, tam Islandiam quam Grænlandiam diserte nominent; quod utrumque Diploma falsitatis arguere non abhorrent prædicti Triumviri, autumantes Islandiæ æque ac Grænlandiæ nomina monachorum dolo postea apographis esse inserta; cum vero in autographi defectu de apographorum vitio judicare non liceat, eaque tam pulchrè concordent, ut nulli sit suspicioni locus, hujus dissidii talem reor institui posse conciliationem, ut credatur Eirikus Rufus notam tum temporis tantum nomine tenus Grænlandiam ex bonitate regionis, quam quoque nominis indicabat pulchritudo, popularibus suis ita commendasse, ut colonias illuc ducendi cupido ipsis incederet, quod et obtinuit, ut mox dicetur." Hæc tamen Bussæi sententia neutiquam probari meretur. In Bulla prædicta Gregorius, Pontif. Rom., Ansgarium Legatum constituit in regnis borealibus, et Norvegiam, Færoas, Grænlandiam, Helsingiam, Islandiam et Skritfinnos nominat. Cum vero constet, nulli harum terrarum religionem christianam his temporibus pernotuisse, apparet, hæc verba serioris ætatis esse additamenta, unde tamen non sequitur, spurium esse totum Bullæ argumentum, ut Arnas Magnæus vult in annotationibus ad Schedas Arii Polyhistoris, dicens: „hic locus autoris nostri falsitatem diplomatis Ansgarii abunde monstrat," cum manifestum sit, hoc additamentum spurium esse. Suhmius (*Historie af Danmark*, 2, p. 75) autumat, Bullam, quam refert ad annum 832, ita auctam esse tempore Adalberti, archiepiscopi Bremensis, cujus superbia et honoris cupiditas cum nullo termino contineretur, hoc modo sibi majorem auctoritatem vindicare conatus est. Pontoppidanus (in Annal. Eccles. Dan. I, ad ann. 834), Sperlingius (in notis ad Adamum Bremensem, Westphal. Mon. ined. rer. Cimbr., T. II, p. 681, ut et Henschenius, multique alii de falsitate horum no-

hann hafði fundit, Grænland[1], því at hann [kvað þat mundu fýsa menn þángat, er landit hèti vel[2]. Eirekr var á Íslandi um vetrinn, en um sumarit eptir fór hann at byggja landit; hann bjó í Brattahlíð í Eireksfirði. Svâ [segja fróðir menn[3], at á því sama sumri, er Eirekr rauði fór at byggja Grænland, þá fór [hálfr fjórði tögr[4] skipa or Breiðafirði ok Borgarfirði, en fjórtán[5] kvomust út þángat; sum rak aptr, en sum týndust. Þat var 15 vetrum, fyrr enn kristni var lögtekin á Íslandi; á því sama sumri fór utan

Skib i Bredefjord. Han kaldte Landet, som han havde fundet, Grönland, thi han sagde, at det, at Landet havde et godt Navn, vilde trække Folk did. Erik var paa Island om Vinteren, men om Sommeren efter drog han over at bebygge Landet; han boede paa Brattelid i Eriksfjord. Saa sige kyndige Folk, at samme Sommer, da Erik Røde drog at bebygge Grönland, fore 35 Skibe fra Bredefjord og Borgefjord, men kun 14 naaede derud; nogle dreve tilbage, og andre forliste. Det var 15 Vintre, för Christendommen blev ved Lov antagen paa Island; samme Som-

landiam *(viridem terram)* nominavit; dicebat enim, hanc rem hominibus suasuram eò demigrare, quod terra specioso nomine gauderet. Ea hieme Eirikus in Islandia versatus est, æstate vero insequenti terram inhabitatum profectus est. Ipse Brattahlidam[a] in Eiriksfjördo incoluit. Ita dicunt homines rerum periti, eadem æstate, qua Eirikus Rufus Grænlandiam inhabitatum profectus sit, tres navium decurias cum dimidia ex Breidafjördo et Borgarfjördo exiisse, sed quatuordecim eò pervenisse; ex reliquis quasdam rejectas, quasdam deperiisse. Hoc accidit quindecim hiemibus, ante quam religio christiana in Islandia lege recepta erat[b]; eadem

1) Grænaland, X, *et interdum Ol. Tr. S.* 2) sagði, at landit mundi vel gefast mönnum, ok kvað marga ágæta kosti á landinu, veiðiföng nóg allra handa, bæði sela ok hvala, rostúnga ok bjarndýra ok svá margra annarra kvikinda, i. e. *dicens, terram colonorum votis satisfacturam, enumerans multa egregia terræ commoda, largam capturæ copiam, tam phocarum et cetorum, quam rosmarorum, ursorum, multorumque aliorum animalium, X, et unum exscr. Ol. Tr. S. quod præterea addit:* ok vildi þann veg fýsa menn þángat með sèr til landsins, *hoc modo homines cupidos reddere volens, secum in terram emigrandi. Cetera hujus capitis ignorat X.* 3) segir Ari Þorgilsson, *Landn.* 4) tuttugu ok fimm, *viginti quinque, Landn.;* hálfr þriði tögr, *duæ semis decuriæ, Ol. Tr. S.* 5) 24, (16) *Ol. Tr. S., ed. Skalh.*

minum consentiunt, fidem relationum Islandicarum confirmantes.

a) *Brattahlið*, sic propter situm appellata, a *brattr*, arduus, acclivis, *hlið*, norveg. *Li*, latus montis.

b) Religio christiana legibus in Islandia

Friðrekr biskup ok Þorvaldr Koðránsson[1]. Þessir menn námu land á Grænlandi, er þá fóru út með Eireki: Herjúlfr Herjúlfsfjörð, hann [bjó á[2] Herjúlfsnesi, Ketill Ketilsfjörð, Hrafn Hrafnsfjörð, Sölvi Sölvadal, Helgi Þorbrandsson Álptafjörð, Þorbjörn glóra Siglufjörð, Einar Einarsfjörð, Hafgrímr Hafgrímsfjörð ok Vatnahverfi, Arnlaugr Arnlaugsfjörð; en sumir fóru til Vestribygðar.

Leifr heppni var skírðr.

2. Þá er sextán[3] vetr voru liðnir, frá því er Eirekr rauði fór

mer droge Biskop Fredrik og Thorvald Kodransön bort fra Island. Følgende Mænd, som da droge ud med Erik, toge Land og Bosæde paa Grönland: Herjulf tog Herjulfsfjord, han boede paa Herjulfsnæs, Ketil Ketilsfjord, Rafn Rafnsfjord, Sølve Sølvedal, Helge Thorbrandsön Alptefjord, Thorbjörn Glora Siglefjord, Einar Einarsfjord, Hafgrim Hafgrimsfjord og Vatnehverf, Arnløg Arnløgsfjord; men nogle droge til Vesterbygden.

Leif den Lykkelige døbtes.

2. Da sexten Vintre vare forløbne, fra den Tid Erik Røde drog over at

æstate Fridrekus episcopus et Thorvaldus Kodranis filius ab insula (Islandia) profecti sunt[a]. Ex iis, qui tum unacum Eiriko demigrarunt, hi territoria in Grænlandia occupaverunt: Herjulvus Herjulvsfjördum, habitans in Herjulvsneso, Ketil Ketilsfjördum, Rafn Rafnsfjördum, Sölvius Sölvadalum, Helgius Thorbrandi filius Alptafjördum, Thorbjörn Glora Siglufjördum, Einar Einarsfjördum, Havgrimus Havgrimsfjördum et Vatnahverfum, Arnlœgus Arnlœgsfjördum; nonnulli vero in tractum occidentalem profecti sunt.

Leivus Fortunatus baptizatus.

2. Ubi sedecim hiemes elapsæ fuerant, ex quo Grænlandiam inhabitatum concesserat Eirikus Rufus, Leivus, filius Eiriki, ab Grænlandia in

1) *Sequentia ad finem usque capitis absunt in Ol. Tr. S.* 2) bygði, *Ol. Tr. S., ed. Skalh.* 3) 14, *rectius, Ol. Tr. S.*

recepta fuit anno 1000, itaque h. l. Eiriki in Grænlandiam demigratio refertur ad annum 985.

a) De profectione Fridreki episcopi et Thorvaldi Kodranis filii in Islandiam, eorumque in tradenda christiana religione opera, relatio lectu dignissima exstat in Olavi Trygg. Hist.; vide *Fornmanna Sögur*, 1, p. 255-276; vers. Lat. in Scriptis Historicis Isl. Vol. I. p. 281-299.

at byggja Grænland, þá fór Leifr, son Eireks, utan af Grænlandi til Noregs; kom hann til Þrándheims um haustit, þá er Ólafr konúngr Tryggvason var kominn norðan af Hálogalandi. Leifr lagði skipi sínu inn til Niðaróss, ok fór þegar á fund Ólafs konúngs. Boðaði konúngr trú honum sem öðrum heiðnum mönnum, er á hans fund komu; gekk konúngi þat auðvelliga við Leif; var hann þá skírðr, ok allir skipverjar hans; var Leifr með konúngi um vetrinn vel haldinn[1].

bebygge Grönland, da reiste Eriks Sön Leif fra Grönland til Norge; han kom til Trondhjem den Høst, da Kong Olaf Tryggvesön var kommen nordenfra Halogeland. Leif lagde med sit Skib ind til Nidaros, og drog strax til Kong Olaf. Kongen forkyndte Troen for Leif som for andre Hedninger, der kom til ham; det var Kongen let at bevæge Leif; han blev da døbt og alle hans Skibsfolk; Leif var hos Kongen om Vinteren, og blev vel behandlet.

in Norvegiam profectus, autumno in Thrandheimum pervenit, cum rex Olavus Tryggvii filius ab Halogia[a] eò advenerat. Leivus navem suam ad Nidarosum[b] constituit, et statim regem Olavum adiit; hunc rex, ut ceteros paganos homines, qui eum convenere, ad suscipiendam religionem hortatus est; quod cum rex facili negotio ab Leivo impetrasset, ille, omnesque nautæ sui, baptizatus est, atque hiemem apud regem transegit, liberaliter habitus[c].

1) *Cap. 2 sic exhibet X:* Fjórtán árum síðar fór Leifr Eireksson af Grænlandi til Noregs, ok lèt Olafr konúngr Tryggvason skíra hann ok alla skipara hans, ok hafði þar miklar virðíngar af konúngi um vetrinn; sigldi síðan til Grænlands aptr með kristni, ok hèlzt þar þaðan af kristindómr, i. e. „*Quatuordecim post annis Leivus Eiriki filius ab Grænlandia in Norvegiam profectus est, ubi cum nautis omnibus ab rege Olavo Tryggvii filio baptizatus est, ibique hac hieme apud regem magno in honore fuit. Deinde in Grænlandiam ad religionem christianam annuntiandam revectus est, et ex eo inde tempore religio christiana in ea terra permansit." Hic prima particula desinit in X. Reperiuntur quoque hæc duo capita in Hist. Olavi Tryggv. filii, vide ed. Societatis Regiæ Ant. Sept. in Fornmanna Sögur, 2. p. 213-216, vers. Lat. in Scriptis Hist. Island., Vol. II. p. 200-202.*

a) *Hálogaland*, Halogia, nunc *Helgeland*, borcam versus a Thrandheimo in hodierna præfectura Nordlandia. De regis Olavi in Halogiam profectione, religionis causa ibidem introducendæ suscepta, longa exstat narratio in Historia Olavi Tryggvidæ, vide *Fornmanna Sögur*, 2, pag. 174-189, et Scripta Hist. Isl., Vol, II. p. 161 sequ.

b) *Niðarós* significat ostium fluvii Nidæ; hic rex Olavus oppidum ejusdem nominis condiderat, quod oppidum primo ab exteris, deinde ab ipsis incolis Thrandheimus appellatum est, ducto nomine ab tractu, in quo situm fuit.

c) Hanc de Leivo narrationem Snorrius Sturlæ filius in *Heimskringla I*, pag. 291 sic

Bjarni leitaði Grænlands[1].

3. Herjúlfr var Bárðarson Herjúlfssonar; [hann var frændi[2] Íngólfs landnámamanns. Þeim Herjúlfi gaf Íngólfr land á milli Vogs og Reykjaness. Herjúlfr bjó fyrst á Drepstokki; Þorgerðr hèt kona hans, en Bjarni son þeirra, ok var hinn efniligsti[3] maðr. Hann fýstist utan þegar á únga aldri; varð honum gott bæði til fjár ok mannvirðíngar, ok var sinn vetr hvort utan lands eðr með feðr sínum. Brátt átti Bjarni skip í förum; ok hinn síðasta vetr, er hann var í Noregi, þá brá Herjúlfr til Græn-

Bjarne opsøgte Grönland.

3. Herjulf var en Sön af Bard Herjulfsön; han var Landnamsmanden Ingolfs Frænde. Ingolf gav Herjulf Land imellem Vaag og Reykenæs. Herjulf boede først paa Drepstok; hans Kone hed Thorgerd, og deres Sön Bjarne, en meget haabefuld Mand. Han fik allerede som ung Lyst til at reise udenlands, og forhvervede sig snart baade Gods og Anseelse, og han var hver anden Vinter udenlands, hver anden hjemme hos sin Fader. Snart eiede Bjarne sit eget Fartöi; og den sidste Vinter han var i Norge,

Bjarnius Grænlandiam quæsivit.

3. Herjulvus fuit filius Bardi, filii Herjulvi; idem cognatus erat Ingolvo, Islandiæ occupatori. Herjulvo Ingolvus territorium dedit inter Vogum et Reykjanesum[a]. Primo Herjulvus Drepstokki habitavit; uxori ejus nomen erat Thorgerda, filio vero Bjarnius, optimæ spei juveni. Hic jam adolescentulus cupiditate captus est peregre proficiscendi, bonaque usus fortuna tam in parandis opibus, quam inveniendis honoribus, alternis hiemibus nunc peregre fuit, nunc apud patrem versatus est. Brevi navem mercatoriam Bjarnius sibi comparavit; atque ultima hieme, quam in Norvegia

1) Frá siglíng Bjarna Herjúlfssonar, *De navigatione Bjarnii, filii Herjulvi, Cap.* 104 (*Msc. Cap.* 177) *P; Cap.* 105, *pag.* 304, *S.* 2) frænda, *cognati, P.* 3) efnilegasti, *id., P.*

pressius refert: „*Leifr, son Eiríks rauða, þess er fyrstr bygði Grænland, var þetta sumar kominn af Grænlandi til Noregs; fór hann á fund Olafs konúngs, ok tók við kristni, ok var um vetrinn með Olafi konúngi,*" i. e. „Leivus, filius Eiriki Rufi, qui primus Grænlandiam incoluit, hac æstate (Anno 1000 vel 999) ab Grænlandia in Norvegiam advenerat; ille regem Olavum convenit, christianam religionem amplexus est, et per hiemem apud regem Olavum commoratus est."

a) promontorium Islandiæ, ad africum spectans.

landsferðar með Eireki[1], ok brá búi sínu. Með Herjúlfi var á skipi suðreyskr[2] maðr kristinn, sá er orti Hafgerðíngar[3] drápu; þar er þetta stef í:

lavede Herjulf sig til at reise til Grönland med Erik. Paa Skibet hos Herjulf var en christen syderøisk Mand; han gjorde Hafgerdingar Drapa, hvori dette er Omkvædet:

transegit, Herjulvus, inita cum Eiriko demigrationis in Grænlandiam societate, eò rem familiarem transtulit. Eadem ac Herjulvus navi vehebatur vir Hebudensis christianus, qui carmen intercalatum de Hafgerdinga *(claustro oceani)*[a] composuit, in quo hi sunt versus intercalares:

1) Eiríki, *ubique, P, S.* 2) suðar, *P, sine sensu, forte scribere voluit* suðr-maðr. 3) Hafgerðínga, *in plur. usitatius, P.*

a) *Hafgerðing*, f. sing., usitatius in plur. *hafgerðingar*, ab *haf*, oceanus, et *gerði*, septum, a *garðr*, sepes. Hanc raram vocem illustrat unus locus Speculi Regalis, cujus auctor, disserens de miraculis in oceano Grænlandico obviis, ita de hac re verba facit, pag. 171-172: „*Nú er þat enn eitt undr í Grænlandshafi, er ek em ekki enn fróðastr um, með hverjum hætti þat er; þat kalla menn Hafgirðinga* (al. *Hafgerðingar, Hafgirðingar, Hafgerðina*)*; en þat er því líkast, sem allr hafstormr, ok allar bárur, þær sem í því hafi eru, safnist saman í þrjá staði, ok gjörist af því þrjár bárur; þær þrjár girða allt hafit, svá at menn vita hvergi hlið á vera, ok eru þær stórum fjöllum hærri, líkar bröttum gnípum; ok vitu menn fá dæmi til, at þeir menn hafi úr höfum komizt, er þar hafa í verit staddir, þá þessir atburðir hafa orðit. En því munu sögur vera af gjörvar, at guð man æ nokkora þaðan hafa frelsat, þá sem þar hafa verit í staddir, ok man þeirra ræða síðan dreifzt hafa ok flutzt manna á millum, hvert sem nú er svá frásagt, sem þeir hafa helzt umrædt, eðr er ræða þeirra nokkut aukin eða vönuð; ok munum vèr fyrir því varliga um þá luti ræða, at vèr höfum þá fá hitta nýliga, er þaðan hafa komizt, ok oss kunna þessi tíðindi at segja;*" i. e. „Jam adhuc unum restat miraculum oceani Grænlandici, quod qua ratione fiat, haud satis compertum habeo; hoc Hafgirdingos (al. Hafgerdingas, Hafgirdingas, Hafgerdam) vocant. Hoc vero perinde est, ac si omnis sali vehementia, omnesque fluctus, qui in eo mari sunt, in tria loca congregentur, indeque tres fluctus existant. Hi tres totum mare circumsepiunt, ita ut nullus pateat exitus, atque hi magnis montibus altiores, arduis præruptis similes sunt, paucaque existunt exempla, homines, qui in has difficultates inciderint, ex pelago salvos evasisse. Ideo vero relationes de his rebus in vulgus exiisse credo, quod puto aliquos semper divino auxilio inde ereptos, qui in eas angustias pervenerint; horum deinde relationes emanasse et in vulgus exiisse, sive relatio, ab iis excepta, cum fide tradita sit, sive aliquantum aucta vel deminuta. Nos vero cautè de his rebus loquemur, quod paucos nuper convenerimus, qui inde evaserint, nobisque has res perhibere possint." Torfæus *Hafgerðingar* vertit vortices marinos; Thorlacius *Hafgerðinga drápu* minus exacte interpretatur Navigantium odam.

Mínar biðr ek múnka reyni
meinalausan fara beina[1];
heiðis haldi hattar[2] foldar
hallar drottinn yfir mèr stalli!

Mine Reiser jeg den milde
Munkes Prøver beder styre,
Haanden holde Himmelborgens
Herre over mig bestandig!

Monachorum tentatorem, noxæ expertem
oro, ut meam profectionem secundet;
dominus, terrestris lacunaris aulam
Tenens, sua me tueatur dextera[a]!

1) farar beina, *rectius, P, S.* 2) hárrar, *P, hoc nexu,* drottinn hárrar foldar hallar, *dominus alti terræ lacunaris, i. e. cœli, nam* foldar höll, *aula, camera terræ, est cœlum.*

a) Ordo prosaicus horum versuum talis est: *Ek biðr meinalausan múnka reyni beina mínar farar; drottinn foldar hattar hallar haldi yfir mèr heiðis stalli!* i. e. ego oro innoxium monachorum exploratorem dirigere mea itinera; dominus aulæ pilei terræ teneat super me accipitris stationem! *meinalaus,* noxæ expers, innoxius, h. l. benignus; nam adjectiva negativa apud poëtas contrarium fortius affirmant. *Múnka reynir,* explorator monachorum, qui tentat monachos, veteribus poëtis christianis Christus dicitur, secundum *Skaldam*(*Edda* Snorrii, ed. Raskii, pag. 168), non solum quatenus summam virtutem et abstinentiam per vitam monasticam efformare conatus sit, sed et quatenus monachos speciatim caros habuerit; nam in poëtico sermone amicus et familiaris alterius dicitur ejus tentator et explorator animi. Sic in *Skalda,* l. c. Christus dicitur *múnka drottinn,* dominus monachorum:

Máttr er múnka drottins
mestr (aflar guð flestu);
Kristr skóp ríkr, ok reisti
Róms höll, veröld alla,

i. e. potestas monachorum domini summa est, cum plurima deus efficere valeat; Christus potens creavit totum mundum, et Romæ aulam fundavit. *Foldar höttr,* pileus terræ, cœlum dicitur, ut *foldar hjálmr,* galea terræ, i. e. camera, lacunar terræ, quod se super terram arcuat; itaque *höll foldar hattar,* aula cœli, aula cœlestis, cujus dominus Christus h. l. dicitur. *Heiðis stallr,* verbotenus, accipitris statio, area, hoc est, manus: tropus petitus a more principum veterum, venationis studiosorum, qui accipitres in manibus vel humeris sedere instituerunt; unde in sermone poëtico manus per aream accipitris circumscribitur. *At halda heiðis stalli yfir einum,* id. q. in prosa, *at halda hendi yfir einum,* respondet græco χεῖρας ὑπερέχειν τινι, præsenti auxilio aliquem protegere. Cæterum *Landnama* alio loco, nempe P. 5, c. 14, p. 247 de hoc carmine mentionem sic facit: *Herjólfr sá, er fyrr var sagt, var frændi Ingólfs ok fóstbróðir; af því gaf Ingólfr honum land á milli Reykjaness ok Vogs; hans son var Bárðr, faðir Herjólfs, þess er fór til Grænlands, ok kom í hafgerðingar. Á skipi hans var suðreyskr maðr, sá orti Hafgerðinga drápu; þar er þetta upphaf:*

Allir hlýði ossu fulli
amra fjalla Dvalins hallar,

i. e. Herjolvus ille, de quo supra facta mentio, erat cognatus et sodalis juratus Ingolvi; propterea Ingolvus ei dedit territorium inter Reykjanesum et Vogum; ejus filius erat Bardus, pater Herjolvi illius, qui in Grænlandiam profectus est, et in claustra oceani pervenit. In nave ejus erat vir Hebudensis, qui carmen intercalatum de

Herjúlfr bjó á Herjúlfsnesi; hann[1] var hinn göfgasti maðr. Eirekr rauði bjó í Brattahlíð; hann var þar með mestri virðíngu, ok lutu allir til hans. Þessi voru börn Eireks: Leifr, Þorvaldr[2] ok Þorsteinn, en Freydís hèt dóttir hans; hún var gipt þeim manni, er Þorvarðr[3] hèt, ok bjuggu þau í Görðum, þar sem nú er biskupsstóll; hún (var) svarri mikill, en Þorvarðr var lítilmenni; var hún mjök gefin til fjár. Heiðit var fólk á Grænlandi í þann tíma. Þat sama sumar kom Bjarni skipi sínu á Eyrar, er faðir hans hafði brottsiglt um vorit. Þau tíðindi þóttu Bjarna mikil, ok vildi eigi bera af skipi sínu. Þá spurðu

Herjulf boede paa Herjulfsnæs; han var en meget anseelig Mand. Erik Røde boede paa Brattelid; han var der den mest anseete, og alle rettede sig efter ham. Disse vare Eriks Börn: Leif, Thorvald og Thorstein og en Datter, som hed Freydis, der var gift med en Mand, ved Navn Thorvard; de boede i Garde, hvor nu Bispestolen er; hun var meget stormodig, men Thorvard var indskrænket, og hun var mest givet ham for hans Rigdoms Skyld. Den Tid var Folket paa Grönland hedensk. Bjarne kom med sit Skib til Øre samme Sommer, som hans Fader var seilet bort om Vaaren. Denne Tidende syntes Bjarne vigtig, og han vilde nu ikke udlosse sit Skib.

Herjulvus habitavit in Herjulvsneso; hic vir erat amplissimus. Eirikus Rufus habitavit Brattahlidæ; is his locis maxima valebat auctoritate, quare omnes ejus voluntatem gerebant. Hi fuere liberi Eiriki: Leivus, Thorvaldus ac Thorstein, filia vero ejus fuit Freydisa; hæc matrimonio juncta erat viro, nomine Thorvardo, ac Gardis, ubi nunc sedes episcopalis est, habitabant; ea erat superba (imperiosa), Thorvardus vero angusti animi; cui scilicet divitiarum gratia fuerat nuptum collocata. Populus Grænlandiæ eo tempore paganus erat. Bjarnius eadem æstate navem suam ad Eyras[a] appulit, cum pater suus vere proxime elapso ab insula navigaverat. Bjar-

1) ok, *et, P.* 2) Þorvarðr, *quædam exscr., S.* 3) Þorvaldr, *constanter, P, S.*

claustris oceani composuit; cujus initium tale est: Omnes aures præbeant nostro latici Dvalinis (carmini), piscosi æquoris cameræ (cœli)....

a) Eyræ, id. q. nunc dicitur *Eyrarbakki,* in toparchia Arnesensi præfecturæ australis Islandiæ.

hásetar hans, hvat er hann bærist fyrir; en hann svarar, at hann ætlaði at halda siðvenju sinni ok þiggja at[1] föður sínum vetrvist: „ok vil ek halda skipinu til Grænlands, ef þèr vilit mèr fylgð veita." Allir kvoðust hans ráðum fylgja vilja. þá mælti Bjarni: „úvitrlig mun þikja vor ferð, þar sem eingi vorr hefir komit í Grænlandshaf." En þó halda þeir nú í haf, þegar þeir voru búnir, ok sigldu þrjá daga, þar til er landit var vatnat; en þá tók af byrinn, ok lagði [á norrænur[2] ok þokur, ok vissu þeir eigi, hvert at þeir fóru, ok skipti þat mörgum dægrum. Eptir þat sá þeir sól[3], ok máttu þá deila ættir[4];

Da spurgte hans Skibsfolk, hvad han havde i Sinde; han svarede at han agtede at holde sin Skik og have sit Vinterophold hos sin Fader: „og jeg vil," sagde han, „holde med Skibet til Grönland, hvis I ville tilstaae mig eders Følge. De sagde alle, at de vilde følge hans Raad. Da sagde Bjarne: „Uforstandig vil vor Reise tykkes, eftersom ingen af os har været i Grönlands Hav." Men dog begave de sig paa Søen, saasnart de vare færdige, og seilede i tre Dage, indtil Landet tabte sig af Syne under Vandet; men da lagde Bören sig, og der opkom Nordenvinde og Taager, og de vidste ikke, hvor de fore, og saaledes gik det i mange Dage. Derefter saae de igjen Solen, og de kunde da

nius nova re commotus, navem exonerare noluit. Quærentibus nautis[a], quam rationem inire cogitaret, respondit, consuetudine sua usurum, ac hibernum hospitium a patre accepturum: „volo igitur cursum in Grænlandiam dirigere, si me comitari velitis." Omnes ejus consiliis se obtemperaturos ostenderunt. Tum Bjarnius locutus est: „profectio nostra ratione carere videbitur, cum nemo nostrum oceanum Grænlandicum ingressus sit." Non tamen eo minus committunt se oceano, cum primum se paraverant, et tres dies vela fecerunt, donec terra aquis esset abscondita; tum vero ferentes cessabant venti, flatibus borealibus et caligine incidentibus. Sic, quo tenderent, nescii, multas noctes et dies ferebantur. Post hæc, conspecta

1) af, *idem*, *P.* 2) at norræni, *eod. sensu*, *P;* á norræni, *S.* 3) sjá, *sine sensu*, *add. F.* 4) áttir, *idem*, *P.*

a) *háseti*, ab *hár*, m., scalmus, plur. *háir*, scalmi, et *seti*, qui sedet (quod a *sitja*, sedere). itaque assidens scalmo, remex, nauta.

vinda nú segl, ok sigla þetta dægr, áðr þeir sá land, ok ræddu um með sèr, hvat landi þetta mun vera, en Bjarni kveðst hyggja, at þat mundi[1] eigi Grænland. þeir spyrja, hvort hann vill[2] sigla at þessu landi, eðr eigi. „þat er mitt ráð, at sigla í nánd við landit," (segir hann); ok svâ gera þeir, ok sá þat brátt, at landit var ófjöllótt, ok skógi vaxit, ok smár hæðir[3] á landinu, ok[4] lètu landit á bakborða, ok lètu skaut[5] horfa á land. Síðan sigla þeir tvö dægr, áðr þeir sá land annat; þeir spyrja, hvort Bjarni ætlaði þat enn Grænland; hann kveðst eigi heldr ætla þetta Grænland enn hit fyrra: „þvíat jöklar eru mjök[6] miklir

skjelne Himmelegnene; de heiste nu Seil, og seilede denne Dag, för de saae Land, og talte da imellem sig om, hvad Land dette kunde være, og Bjarne sagde, at han troede, at det ikke kunde være Grönland. De spurgte, om han vilde seile til dette Land, eller ikke. „Det er mit Raad," sagde han, „at seile nær ved Landet;" og de gjorde saa, og saae snart, at Landet var uden Fjelde, og bevoxet med Skov, og havde smaae Höie. De lode da Landet paa deres venstre Side, og lode Seilets Skjød vende mod Land. Siden seilede de en Dag og en Nat, för de saae et andet Land. De spurgte, om Bjarne troede, at dette var Grönland, men han sagde, at han ligesaa lidt troede, at dette var Grönland som det forrige: „thi paa Grönland

solis radiatione, plagas cœli dignoscere potuerunt; jam vela tollunt, et hunc diem navigant, antequam terram conspexerunt. Inter se colloquentibus, quæ hæc terra esset, Bjarnius putare se ait, non esse Grænlandiam. Interrogant, utrum ad hanc terram navigare velit, an non. „Meum consilium est, ait, ut prope a terra navigemus." Itàque faciunt, atque mox vident, terram esse non montosam, et sylvis tectam, colliculisque interstinctam. Terram ab sinistra habentes, pedes velorum terræ obvertunt. Deinde noctem diemque navigant, donec aliam terram viderunt; quærunt, an hanc Bjarnius Grænlandiam putet; ille se negat hanc putare Grænlandiam esse, non magis quam priorem: „ferunt enim, inquit, magnos in Græn-

1) mun, *idem*, *P*. 2) vili, *idem*, *P*. 3) heiðir, *P*. 4) þeir, *P*. 5) skut, *puppim*, *rectius*, *P*. 6) *omittunt P*, *S*.

sagðir á[1] Grænlandi." Þeir nálguðust brátt þetta land, ok sá þat vera slètt land, ok viði vaxit. Þá tók af byr fyrir þeim. Þá ræddu hásetar þat[2], at þeim þótti þat[3] ráð, at taka þat land; en Bjarni vill[4] þat eigi; þeir þóttust bæði þurfa við ok vatn. „At öngu eru [þèr því óbirgir[5]," segir Bjarni; en þó fèkk hann af[6] því nökkut ámæli af hásetum sínum. Hann bað þá vinda segl, ok svâ var gert; ok settu framstafn frá landi, ok sigla í haf útsynníngs byr þrjú dægr, ok sá þá land it þriðja; en þat land var hátt ok fjöllótt, ok jökul[7] á; þeir spyrja þá[8], ef Bjarni vildi at landi láta þar, en hann kveðst eigi þat vilja: „því at mèr lízt þetta

siges der at være meget store Isbjerge." De nærmede sig snart til dette Land, og saae, at det var et fladt Land, bevoxet med Skov. Da lagde Bören sig for dem, og Skibsfolkene talte da om, at det syntes dem raadeligst, at lande der; men Bjarne vilde det ikke. De foregave, at de baade trængte til Brændsel og Vand. „Paa ingen af disse Dele have I Mangel," sagde Bjarne; men dog fik han derfor nogen Bebreidelse af sine Skibsfolk. Han bad dem heise Seil, og de gjorde saa, de vendte Forstavnen fra Land, og seilede ud i rum Sø med Sydvestvind i tre halve Dögn, saae da det tredie Land, og dette Land var höit, og bedækket med Fjelde og Isbjerge. De spurgte da, om Bjarne vilde lægge der til Land, men han sagde, at han ikke

landia montes esse glaciales." Mox propius advecti, vident, hanc terram planam esse et sylva obsitam. Tum cessante vento secundo, loquuntur nautæ, placere sibi, navem eò ad terram applicare; noluit Bjarnius. Illi sibi lignis et aqua opus esse causabantur. „Harum rerum nulla plane caretis," ait Bjarnius; hinc tamen factum est, ut nautarum vocibus nonnihil carperetur. Jussi vela tollunt, proram a terra avertunt, et in altum provehuntur, per tria seminycthemeria libanoto usi secundo, tertiam conspiciunt terram; hæc vero terra erat alta et montosa et glacie obducta. Interrogant Bjarnium, an eò velit ad terram applicare, ille vero se velle negat: „mihi enim hæc terra parum commodi videtur allatura." Itaque velis non de-

1) af, *P.* 2) um, *P.* 3) *omittit P.* 4) vildi, *P.* 5) þeir því óbergir, *P.* 6) at, *propter, P.* 7) jöklar *P.* 8) *omittit P.*

land[1] ógagnvænligt." Nú lægðu[2] þeir eigi segl sitt, halda með landinu fram, ok sá, at þat var eyland; settu enn stafn við því[3] landi, ok hèldu í haf hinn sama byr; en veðr óx[4] í hönd, ok bað Bjarni þá svipta, ok eigi sigla meira, enn bæði dygði vel [skipi þeirra ok reiða[5]; sigldu nú fjögur[6] dægr; þá sá þeir land hit fjórða. Þá spurðu þeir Bjarna, hvort hann ætlaði þetta vera Grænland, eðr eigi. Bjarni svarar: „þetta er líkast því, er mèr er sagt frá Grænlandi; ok[7] hèr munu vèr at landi halda." Svâ gera þeir, ok taka land undir einhverju nesi at kveldi dags; ok var þar bátr á nesinu; en þar bjó Herjúlfr,

vilde det: „thi dette Land forekommer mig ikke at være indbydende." De sænkede da ikke deres Seil, men holdt frem langs med Landet, og saae at det var en Ø; de vendte igjen Bagstavnen imod dette Land, og seilede ud paa Havet med samme Bör; men Blæsten tiltog, og Bjarne bød da at sætte paa Seilene, og ikke seile stærkere, end deres Skib og Skibsredskaber kunde udholde. De seilede nu i fire halve Dögn; da saae de det fjerde Land; de spurgte da Bjarne, om han troede, at dette var Grönland, eller ikke. Bjarne svarede: „Dette er ligest Grönland, efter hvad man har fortalt mig om samme, og her ville vi styre til Land." De gjorde saa, og landede om Aftenen under et Næs, hvor der var en Baad. Der paa dette

missis, cursum secundum littora tendentes, intellexerunt, insulam esse. Ac jam huic terræ puppim obvertunt, et in altum vela dant, eodem usi vento; quo sensim increbescente, Bjarnius vela contrahi jussit, vetans vehementius velificare, quam navis eorum et armamenta commodè ferre possent. Sic cum biduum et binoctium navigassent, quartam terram conspexerunt. Tum Bjarnium interrogarunt, utrum hanc putaret esse Grænlandiam, an non. Ille respondet: „hæc quidem Grænlandiæ, qualem ex narratione comperi, simillima est; atque huc ad terram appellemus." Sic faciunt, et appellunt ad promontorium aliquod, die vesperascente; eo loco promontorii scapha erat. In hoc autem promontorio habitabat Herjulvus, pater Bjarnii,

1) *om. S.* 2) *sic P, S,* lögðu, *idem, F.* 3) *abest in P.* 4) vóx, *id., P.* 5) skip þeirra ok reiði, *P.* 6) 3, *S.* 7) *abest in P.*

faðir Bjarna, á því nesi, ok af því hefir nesit nafn tekit, [ok er síðan[1] kallat Herjúlfsnes. Fór Bjarni nú til föður síns, ok hættir[2] nú siglíngu, ok er með föður sínum, sameðan Herjúlfr lifði; ok síðan bjó hann þar eptir [föður sinn[3].

Næs boede Bjarnes Fader Herjulf, og af ham har Næsset faaet Navn, og er siden kaldt Herjulfsnæs. Bjarne drog nu til sin Fader, og opgav Søfarten, og han blev hos sin Fader, saalænge denne levede, og siden boede han der efter Faderen.

ex quo promontorium nomen sortitum est, exinde Herjulvsnesum appellatum. Jam Bjarnius ad patrem se contulit, et a navigando destitit, apud patrem, quoad hic vixit, versatus; quo mortuo deinde ibidem habitavit.

1) síðan ok er, *idem*, *P*. 2) hætti, *idem*, *P*. 3) hann, *cum*, *P*.

PARTICULA DE GRÆNLANDIS.

HÈR HEFR GRÆNLENDÍNGA ÞÁTT[1].

ÞAT er nú þessu næst at Bjarni Herjúlfsson kom utan af Grænlandi á fund Eireks jarls; ok tók jarl við honum vel. Sagði Bjarni frá ferðum sínum, er hann hafði lönd[2] sèð, ok þótti mönnum[3] [hann verit hafa úforvitinn[4], er hann hafði ekki at segja af þeim löndum, ok fèkk hann af því nokkut ámæli. Bjarni gerðist hirðmaðr jarls, ok fór út til Grænlands um sumarit eptir[5]. Var nú mikil umræða um landaleitan. Leifr, son Eireks

HER BEGYNDER FORTÆLLINGEN OM GRÖNLÆNDERNE.

DERNÆST er nu at fortælle, at Bjarne Herjulfsön kom ude fra Grönland, og besøgte Erik Jarl, og Jarlen tog vel imod ham. Bjarne fortalte om sine Reiser, at han havde seet ubekjendte Lande; og Folk syntes at han ikke havde været videbegjerlig, da han intet havde at berette om disse Lande, og dette blev ham noget lagt til Last. Bjarne blev Jarlens Hofsinde, og drog ud til Grönland den følgende Sommer. Der taltes nu meget om Opdagelsesreiser. Leif, Erik Rødes Sön fra Brat-

HIC INCIPIT PARTICULA DE GRÆNLANDIS.

ID proxime memorandum est, quod Bjarnius Herjulvi filius ex alto ab Grænlandia delatus, Eirikum dynastam convenit, a quo bene exceptus est. Bjarnius de profectionibus suis retulit, in quibus novas terras conspexerat. Videbatur autem parum fuisse curiosus, qui nihil de his terris referre haberet, quam ob rem vocibus hominum nonnihil carpebatur. Bjarnius satellitibus dynastæ adscriptus est, et sequenti æstate in Grænlandiam remeavit. Multo jam de quærendis terris injecto sermone, Leivus, filius Eiriki

1) Frá landafundi Leifs Eiríks sonar, *De terris a Leifo Eiriki filio inventis, Cap.* 105, *P; Cap.* 106, *S.* 2) land, *terram, P, S.* 3) *abest in, P.* 4) þat verit hafa úforvitni, *al. S.* 5) ok, *et, addit P.*

rauða or Brattahlíð, fór á fund Bjarna Herjúlfssonar, ok keypti[1] skip at honum, ok rèð[2] til háseta, svâ at þeir voru hálfr fjórði tögr manna saman. Leifr bað föður sinn Eirek, at hann mundi enn[3] fyrir vera förinni. Eirekr taldist heldr undan, kveðst [þá vera hniginn í aldr[4], ok kveðst minna mega við vosi öllu, enn var. Leifr kveðr hann [enn mundu mestri heill[5] stýra af þeim frændum; ok þetta lèt Eirekr eptir Leifi, ok ríðr heiman, þá er þeir eru at því[6] búnir; ok [var þá skamt[7] at fara til skipsins. Drepr hestrinn fæti, sá er Eirekr reið, ok fèll hann af baki, ok lestist fótr hans; þá mælti Eirekr: „ekki

telid, drog til Bjarne Herjulfsön, og kjøbte Skibet af ham, og hvervede Folk dertil, saa at de vare i alt 35 Mand. Leif bad sin Fader Erik, om han vilde være Anfører paa Reisen; men Erik undskyldte sig, og gav til Grund, at han nu var temmelig til Alders, og kunde nu ikke som tilforn udholde alle Søens Besværligheder. Leif sagde at han endnu vilde være den af Frænderne, hvem Lykken snarest vilde følge; og Erik gav da efter for Leifs Bön, og red hjemmefra, saasnart de vare færdige, og der var kun en kort Vei til Skibet. Hesten, som Erik red paa, snublede, og han faldt af, og fik Foden forslaaet. Da sagde Erik: „Ei er det mig bestemt, at opdage flere Lande, end dette som vi nu

Rufi de Brattahlida Bjarnium Herjulvi filium convenit, et ab eo navem emit, nautasque ita conduxit, ut una essent tres hominum decuriæ cum dimidia. Leivus patrem suum Eirikum rogavit, ut nunc quoque dux profectionis esset. Excusavit se quidem Eirikus, dicens, se jam ætate declivem, ferendisque maritimis laboribus magis quam antea imparem. Leivus vero eum suæ familiæ maxima usurum fortuna asseruit. Hoc itaque Eirikus Leivo concessit, atque domo equitat, cum ad eam rem parati erant; brevi via ad navem erat eundum. Equus, quo vectus est Eirikus, pedem offendit, quare ille equo delapsus pedem collisit. Tum Eirikus locutus est: „non mihi dabit fortuna, ut plures terras inveniam, quam hanc, quam

1) kaupir, *id.*, *P.* 2) þar, *add. P.* 3) einn, *solus*, *P.* 4) hniginn at aldri, *id.*, *P.* 5) meiri heillum, *majore fortuna (uti)*, *P.* 6) öllu, *ab omni re, i. e. omnino*, *P.* 7) þá skamt var, *cum via brevis superesset*, *S.*

mun mèr ætlat at finna lönd fleiri, enn þetta er nú byggjum vèr; munu vèr nú ekki leingr[1] fara allir samt." Fór Eirekr heim í Brattahlíð, en Leifr rèðst til skips, ok fèlagar hans með honnum, hálfr fjórði tögr[2] manna. þar var suðrmaðr einn í ferð, er Tyrker hèt. Nú[3] bjuggu þeir skip sitt, ok sigldu í haf, þá er þeir voru búnir, ok fundu þá þat land fyrst, er þeir Bjarni fundu síðast. þar sigla[4] þeir at landi,

beboe, og vi skulle nu ikke følges ad længere alle." Erik drog hjem til Brattelid, men Leif begav sig til Skibet med sine Stalbrødre, 35 Mand. Paa Reisen var ogsaa en tydsk Mand, ved Navn Tyrker, med. De beredte nu deres Skib, og seilede ud i Søen, da de vare færdige, og fandt da først det Land, som Bjarne fandt sidst. De seilede der til Land, og kastede Ankere, skøde Baaden ud, og gik i Land; og saae der intet Græs; store Jøkler vare overalt oppe i Landet, men fra

nunc incolimus; neque nos omnes diutius unà iter faciemus." Eirikus itaque domum Brattahlidam rediit; Leivus vero ac cum eo socii, tres hominum decuriæ cum dimidia, ad navem se contulerunt. Cum his una iter fecit vir Sudmannus (Germanus)[a], nomine Tyrker. Jam pararunt navem, paratique in altum vela dederunt, et terram Bjarnio postremo inventam primo invenerunt. Adnavigant ad terram, ancoras jaciunt, scapham de-

1) leingra, *longius, P.* 2) tugr, *idem, P.* 3) þá, *idem, P.* 4) sigldu, *navigabant, P.*

a) *Suðrmaðr*, vir australis, forte interdum significat virum ex terris australibus, sensu latiore; [redacted] certe prævalet, ut proprie de Germanis usurpetur. *þyðverskir menn* et *Suðrmenn* promiscue adhibentur Hist. Sverreris cap. 103, *Noregs Konúnga Sögur*, ed. Hafn., Tom. IV, p. 181, ubi de turbis Bergensibus agitur: „*hljópu þegar bæjarmenn ok þyðverskir menn til vápna, ok börðust siðan, Suðrmenn hljópu til skipanna*, i. e. confestim oppidani et Germani ad arma cucurrerunt et conflixerunt, Sudmanni (i. e. Germani) vero ad naves refugerunt. Item sequenti cap. 104, pag. 183, ubi Sverrer, cum gratias egerat omnibus Anglis, Orcadensibus, Hjaltlandis, Færeyensibus et Islandis, qui utiles merces importaverant, orationem ad *þyðverska menn* convertit, qui, exportato butyro, vinum importassent, unde multum mali, nihil boni profectum esset, addens: „*kann ek þeim Suðrmönnum mikla óþökk fyrir sina ferð*, i. e. Sudmannis (Germanis) vero pro [redacted] adventu nullas ago gratias." Cfr. idem opus, Tom. V, pag. 112, 197. In hac nostra particula historica sub finem quoque producitur *Suðrmaðr ættaðr af Brimom á Saxlandi*, Germanus Bremis Saxoniæ oriundus.

ok köstuðu akkerum, ok skutu báti, ok fóru á land, ok sá þar eigi gras. Jöklar miklir voru allt hit efra, en sem ein hella [væri allt til jöklanna frá sjónum[1], ok sýndist þeim þat land vera gæðalaust. Þá mælti Leifr: „eigi er oss nú þat orðit um þetta land, sem Bjarna, at vèr hafim eigi komit á landit; [nú mun ek[2] gefa nafn landinu, ok kalla Helluland." Síðan fóru þeir til skips; [eptir þetta sigla þeir[3] í haf, ok fundu[4] land annat, sigla enn[5] at landi, ok kasta akkerum, skjóta síðan báti, ok gánga á landit. Þat land var slètt, og skógi vaxit, ok sandar hvítir víða, þar sem þeir fóru, ok ósæbratt. Þá mælti Leifr:

Søen til Jøklerne var det som een Helle eller Steenflade, og dette Land forekom dem ingen Herligheder at have. Da sagde Leif: „Nu er det ikke gaaet os med dette Land, som det gik Bjarne, at vi ikke have været paa det; nu vil jeg give Landet Navn og kalde det Helleland." De droge siden om Bord. Derefter seilede de ud paa Søen, og fandt et andet Land; de seilede igjen til Landet, og kastede Ankere, skøde siden Baaden ud, og gik i Land. Dette Land var fladt, og bevoxet med Skov, og vidt omkring, hvor de gik, vare der hvide Sandstrækninger, og Strandbreden var uden Bratheder. Da sagde Leif: „Dette Land skal man give Navn af dets Beskaffenhed, og kalde det Markland (Skov-

mittunt; in terram egressi, nullam herbam vident. Omnia loca superiora montibus glacialibus tenebantur, atque totum spatium a mari usque ad montes glaciales saxeam planitiem referebat; unde hanc terram sterilem esse judicarunt. Tum Leivus loquitur: „haud idem accidit nobis atque Bjarnio, ut hanc terram non attigerimus; jam terræ nomen imponam, et Hellulandiam *(terram saxeæ planitiei)*[a] appellabo." Deinde ad navem redeunt. Post hæc in altum navigant, aliamque terram invenerunt; nunc quoque littora subeunt, jactisque ancoris demittunt scapham, et in terram egrediuntur. Hæc terra erat plana et sylva obsita; multis in locis, qua

1) var allt frá sjónum ok til jöklanna, *id. inverso ordine*, P. 2) ok mun ek nú, *id.*, P. 3) ok sigldu, *et navigabant*, P. 4) finna, *inveniunt*, S. 5) eigi, *non*, P.

a) *Helluland*, ab *hella*, lapis planus, et *land*, terra.

„af kostum[1] skal þessu landi nafn gefa, ok kalla Markland;" fóru síðan ofan aptr til skips sem fljótast. [Nú sigla þeir þaðan[2] í haf landnyrðíngsveðr, ok voru úti 2 dægr, áðr þeir sá land, ok sigldu at landi, ok komu at ey einni, er lá norðr af landinu, ok geingu þar upp, ok sást um í góðu veðri, ok fundu þat at dögg var á grasinu, ok varð þeim þat fyrir, at þeir tóku höndum sínum í döggina, ok brugðu í munn sèr, ok þóttust ekki jafnsætt kent hafa, sem þat var. Síðan fóru þeir til skips síns, ok sigldu í sund þat, er lá milli eyjarinnar ok ness[3] þess, er norðr gekk af landinu;

erant, cum ad Vestbygdam *(tractum habitatum occidentalem)* navigarunt, et inde ad Bjarneyam; inde noctem diemque austrum versus navigarunt; tum terra conspecta scapham demiserunt, et terram explorarunt: invenerunt vastos lapides planos, quorum multi erant duodecim ulnas lati; ibi vulpium[a] magnus numerus erat. Imposuerunt ei loco nomen et Hellulandiam vocarunt. Inde noctem diemque navigarunt, cursu ab austro ad evronotum deflexo[b], et terram sylva obsitam multasque habentem feras invenerunt; extra terram versus evronotum insula jacebat, in qua ursum interfecerunt, insulamque Bjarneyam *(insulam ursi)*[c] appellarunt, terram vero Marklandiam *(terram sylvosam)*. Inde austrum versus secundum

1) Bjarneyjar, *D, H.* 2) *sic, D, H; í, A.* 3) Bjarney, *D, H.*

a) *melrakki*, vulpes, qs. canis arenarum, a *melr*, locus arenosus, sabuletum, et *rakki*, canis (angl. *rach*, canis odorisequus, sagax).

b) *í brá* vel legendum est cum var. l. *ok brá*, quod in vers. expressum est, vel forte rectius *í þrá*, cursu continuo, non intermisso.

c) a *björn*, gen. *bjarnar*, ursus, et *ey*, insula, contr. *Bjarney* pro *Bjarnarey*; *Bjarney* vero in pronuntiatione vulgari sonat ut *Bjadney* vel *Bjanney*, cum *nn* interdum sonet ut *dn*, nempe ubi posterius *n* pro *r* terminativo ponitur, ut *seinn*, *hreinn*, *grænn*, *vænn*; unde h. l. scriptio anomala est.

suðr með landinu lánga stund, ok komu at nesi einu; lá landit á stjórn; voru þar strandir lángar ok sandar. Þeir rèru til lands, ok fundu þar á nesinu kjöl af skipi, ok kölluðu þar Kjalarnes; þeir kölluðu ok strandirnar Furðustrandir, þvíat lángt [var með[1] at sigla. Þá gerðist landit vâgskorið; þeir hèldu skipunum í einn vâg. Ólafr konúngr Tryggvason hafði gefið Leifi tvâ menn skotska, hèt maðrinn Haki, en hon Hekja, þau voru dýrum skjótari; þessir menn voru á[2] skipi með Karlsefni; en er þeir höfðu siglt fyri Furðustrandir, þá lètu

længe sønderpaa langs med Landet, og kom til et Næs; Landet laae paa Skibets höire Side; der vare lange og sandige Strande eller Kyststrækninger. De roede i Land, og fandt der paa Næsset Kjølen af et Skib, og kaldte det Kjalarnæs; og Strandene kaldte de Furdustrande, thi det var en lang Seilads ved dem. Da blev Landet gjennemskaaret af Vige; de holdt med Skibene ind i en Vig. Kong Olaf Tryggvesön havde givet Leif to skotske Folk, en Mand, som hed Hake, og en Kvinde Hekja, de vare hurtigere end Dyr; disse Folk vare paa Skibet hos Karlsefne; men da de havde seilet forbi Furdustrande, satte de de skotske

terram diu navigarunt, et ad lingulam quandam terræ appulerunt; terra ab dextro navis latere jacuit: ibi erant longa littora et arenæ. Remigarunt ad terram, et in lingula carinam navis invenerunt, quare eum locum Kjalarnesum *(lingulam carinæ)*[a] appellarunt; littora quoque Furdustrandas[b] appellarunt, quod secundum ea navigatio longa videbatur. Tum terra sinuosa extitit. Naves in brachium aliquod maris constituerunt. Rex Olavus Tryggvii filius Leivo duos homines Scotos dederat, virum nomine Hakium, feminam nomine Hekjam; hi feris erant velociores. Hi homines in nave Karlsefnii fuerunt. Ubi vero Furdustrandas prætervecti erant,

1) *vix legi potest in A; þótti fyrir, eodem sensu, D, H.* 2) *restitutum; í, A.*

a) ab *kjölr*, gen. *kjalar*, carina, et *nes*, promontorium.

b) *Furðustrandir*, littora miræ longitudinis, a *furða*, gen. *furðu*, res miranda, et *strönd*, pl. *strandir*, littus; eadem compositionis ratio est in *furðuverk*, opus mirabile.

þeir ena skotsku menn á land, ok báðu þau laupa suðr á landit, at leita landskosta, ok koma aptr, áðr 3 dœgr væri liðin. þau höfðu þat klæði, er þau kölluðu kjafal[1], þat var svâ gert, at hattr[2] var á upp, ok opit á liðunum[3], ok engar ermar á, knept saman milli fóta með knappi ok nezlu, en ber voru þau annarsstaðar. þeir biðu[4] þar þá stund; en er þau komu aptr, hafði annað í hendi vínberja köngul[5], en annað hveiti-ax nýsáið; gengu þau á skip

Folk i Land, og bade dem løbe sönderpaa i Landet, at undersøge dets Beskaffenhed, og komme tilbage inden tre halve Dögns Forløb. De havde et Slags Klædning, som de kaldte Kjafal, der var saaledes gjort, at en Hat var foroven, og den var aaben paa Siderne, og uden Ærmer paa, sammenknappet mellem Benene med en Knap og en Stroppe, men paa de andre Steder vare de bare. De bleve der den bestemte Tid; men da de kom tilbage, havde den ene i Haanden en Viindrueklase, og den anden et nylig saaet Hvedeax; de gik ud paa

homines Scotos in terram exposuerunt, jubentes eos austrum versus per terram decurrere, ad explorandam locorum naturam, et antequam tria nychthemeria elapsa essent, reverti. Vir et femina veste usi sunt, quam appellarunt Kjaval[a], quæ ita facta erat, ut in summo esset pileus, a lateribus aperta, nullis manicis, connexa inter pedes globulo et fibula; cætera nudi erant. Ibi aliquamdiu morabantur; ubi vero illi redierunt, alter racemum uvarum manu tenebat, alter spicam triticeam nuper satam; hi

1) kjapal, *D, H.* 2) hoppr, *obscurè, D.* 3) hliðinu, *dubiè, H.* 4) *restitutum secundum D, H;* biðuðu, *A.* 5) þaungul, *scapum algæ G.*

a) *Kjafal*, vel, ut scribi quoque posset, *ccafal*, quod pronuntiatur ut *ceaval*, mirabilem quandam similitudinem habet cum Anglosaxonico *ceavel*, per quam vocem κόφινος (Math. Evang. 14, 20, Marc. 6, 45) in Vers. Bibl. Anglosax. exprimitur; vide Edv. Lyei Dictionarium Saxonico- et Gothico-Latinum, ubi quoque aliæ vocis formæ afferuntur, nempe *cavl*, sporta, *caul*, caula, magudaris, corbis, brassica, *couuel*, corbis, ex quibus tamen forma *ceavel* ut usitatissima allegatur. Ut ab hac voce Anglicum *cowl*, cucullus, probabiliter derivatur, ita quoque consentaneum est, hanc Scoticam vestem, ad quam secundum descriptionem similis cucullus (*hattr*) pertinebat, denominationem ab hac voce fuisse sortitam. Notari quoque meretur, vocem Danicam *Kjole* in dialecto Jotica (Cimbrica) sonare *Kjovl*, quod tamen potius contractum videri possit ab antiquo *kyrtill.*

út, ok sigldu þeir síðan leiðar sinnar. Þeir sigldu inn á fjörð einn, þar lá ein ey fyri utan, þarum voru straumar miklir; því kölluðu þeir hana Straumey. Svâ var mörg æðr í eynni, at varla mátti gánga fyri eggjum. Þeir kölluðu þar Straumfjörð. Þeir báru þar farm af skipum sínum, ok bjöggust þar um; þeir höfðu með sèr allskonar fènað. Þar var fagrt landsleg[1]. Þeir gáðu enkis utan at kanna landit; þeir voru þar um vetrinn, ok var ekki fyri unnit. Um sumarið tókust af veiðarnar, ok gerðist íllt til matar; þá hvarf brott Þórhallr veiðimaðr; þeir höfðu áðr heitið á guð til matar, ok varð

Skibet, og dernæst seilede de videre. De seilede ind i en Fjord; der laae en Ø udenfor, om hvilken der vare stærke Strömme; derfor kaldte de den Strömø. Der vare saa mange Edderfugle paa Øen, at man neppe kunde gaae der for Æg. De kaldte det Sted Strömfjord. De bare der Ladningerne af deres Skibe, og beredte sig til at blive der. De havde alskens Kvæg med sig. Egnen der var meget skjön. De toge sig ikke andet for, end at undersøge Landet. De vare der om Vinteren, uden forud at have sørget for Fødemidler. Om Sommeren begyndte Fiskefangsten at tage af, og det blev vanskeligt at skaffe Føden tilveie; da forsvandt Thorhal Jæger. De havde forud gjort

in navem exierunt, deinde illi iter perrexerunt. Intraverunt sinum quendam, extra quem insula jacuit, rapidis utrinque æstibus, quare eam Straumeyam[a] vocarunt. Tantus in insula anatum mollissimarum numerus erat, ut præ ovis transiri fere non posset. Eum locum Straumfjördum appellarunt. Hic naves suas exonerarunt et locum ad manendum pararunt. Adduxerant secum omne genus pecudum. Hujus loci situs amœnus erat. Nihil curarunt, nisi ut terram explorarent. Heic hiemarunt, nullo proviso alimento. Sequenti æstate, cessante piscium captura, commeatus deficere cœpit; tum Thorhallus venator disparuit. Ante deo, ut alimento potiren-

1) at öllu fyrir utan vín ok hveiti, *omnino sine vino et tritico, add. H.*

a) *Straumey*, pro *Strauma-ey* vel *Straums-ey*, a *straumr*, gen. sing. *straums*, pl. *strauma*, æstus, currens, et *ey*, insula. *Straumfjörðr*, ab eadem voce et *fjörðr*, sinus.

eigi við svâ skjótt, sem þeir þóttust þurfa; þeir leituðu þórhalls um 3 dœgr, ok fundu hann á hamargnípu einni; hann lá þar, ok horfði í lopt upp, ok gapti bæði munni ok nösum, ok þuldi nokkut; þeir spurðu, hví hann var þar kominn; hann kvað þá engu þat varða; þeir báðu hann fara heim með sèr, ok hann gerði svâ. Litlu síðarr kom þar hvalr, ok fóru þeir til ok skáru, ok kendi engi maðr, hvat hvala var, ok er matsveinar suðu, þá átu þeir, ok varð öllum íllt af; þá mælti þórhallr: „drjúgari varð enn rauðskegg-

Løfter til Gud for Levnetsmidler, men de kom ikke saa snart, som de troede at behøve dem; de søgte efter Thorhal i tre halve Dögn, og fandt ham paa en Klippetinde; der laae han, og saae op i Veiret, og gabede baade med Næse og Mund, og mumlede noget; de spurgte, hvi han var kommen der, han sagde at det ikke kom dem ved; de bade ham gaae hjem med dem, og han gjorde saa. Kort efter kom der en Hval, og de droge did, og skare den op, og ingen kjendte, hvad Slags Hval det var; og da Kokkene kogte den, da spiste de, og alle fik ondt deraf; da sagde Thorhal: „Hjælpsommere var nu den rødskæg-

tur, votum voverant, cujus non tam cito, atque opus esse credebant, compotes facti sunt. Thorhallum, cum per tria nychthemeria eum quæsiverant, invenerunt in summa rupe, ubi jacuit resupinus, ore naribusque hiantibus, et mussitans aliquid. Interrogant, quî eò advenerit. Ille hoc nihili eorum referre dixit. Rogant, ut secum una domum eat; et sic fecit. Paulo post eo loco cetus ejectus est; eò se conferunt, et dissecant, nemine sciente, quod ceti genus esset; quem cum coquerent lixæ, comederunt et languorem contraxerunt. Tum Thorhallus: „nunc aënobarbus[a] ille auxilio

a) *enn rauðskeggjaði,* nempe Thor, in quem multi adhuc credebant, dum jam recens erat Christiana religio. Sic perhibet *Landnáma* P. 3. c. 12, p. 157, de noto illo Helgio macro, qui Eyafjördum in boreali Islandia occupavit, „*at hann var blandinn mjök í trúnni; hann trúði á Krist, en þó hèt hann á þór til sæfara ok harðræða,*" i. e. mixta usus est religione, cum in Christum quidem crederet, sed Thorem in itineribus maritimis et rebus arduis invocaret. Cultum quoque Thoris diutius durasse reperimus; sic memorat *Fóstbræðrasaga* p. 168-170, vetulam quandam, nomine Grimam, in Grænlandiæ Œstbygda habitantem, sellam habuisse, in cujus fastigio Thor cum malleo exsculptus fuit, in quem adhuc credidit.

jaði nú enn Kristr yðarr; hefir ek þetta nú fyri skáldskap mín, er ek orta um þór fulltrúan; sjaldan hefir hann mèr brugðizt. Ok er menn vissu þetta, báru þeir hvalinn allan á kaf, ok skutu sínu máli til guðs; batnaði þá veðrátta, ok gaf þeim útróðra, ok skorti þá síðan eigi föng, þvíat þá var dýraveiðr á landinu, en eggver í eynni, en fiski or sjónum.

Af Karlsefni ok þórhalli.

8. Svâ er sagt, at þórhallr vill fara[1] norðr fyri Furðustrandir, at leita Vínlands, en Karlsefni vill fara suðr fyri landit; býst þórhallr út undir eynni, ok verða þeir eigi fleiri saman enn 9 menn; en allt annað lið fór með

gede end eders Christ; dette har jeg nu for mit Skjaldskab, at jeg kvad om Thor, min Beskytter; sjelden har han svigtet mig." Men da de fik det at vide, kastede de hele Hvalen i Søen, og henskøde deres Sag til Gud; da blev Veirliget bedre, og det blev mueligt at roe ud paa Fiskefangst, og de fattedes da ikke Levnetsmidler; thi de kunde da jage Dyr paa Landet, samle Æg paa Øen, og fange Fisk paa Søen.

Om Karlsefne og Thorhal.

8. Det fortælles, at Thorhal vilde drage nordefter langs med Furdustrande, for at opsøge Viinland, men Karlsefne vilde drage sydefter langs med Kysten. Thorhal beredte sig ude under Øen, og de bleve ikke flere end ni tilsammen; men hele det øvrige Mand-

promtior erat, quam Christus vester; hoc præmii loco retuli pro carmine, quod de Thore patrono composui; hic me raro frustratus est. Qua de re certiores facti, omnem ceti lanienam in mare conjecerunt, res suas deo commendantes. Quo facto aëris status commodior extitit, et occasio piscatum exeundi patefacta est, neque ex eo inde tempore alimentorum copia defuit, nam in terra captura erat ferarum, in insula ovorum, mari piscium.

De Karlsefnio et Thorhallo.

8. Sic dicunt, voluisse Thorhallum Vinlandiam quærere, Furdustrandas boream versus superando, Karlsefnium vero, austrum versus terræ littora legendo. Itaque Thorhallus sub insula sese parat, non amplius novem viris ei se adjungentibus, ceteris omnibus sociis Karlsefnium comitantibus.

1) sigla, *navigare*, H.

Karlsefni. En er Þórhallr bar vatn á skip sitt, ok drakk, þá kvað hann vísu:

Hafa[1] kváðu mik meiðar
málmþíngs[2], er ek kom híngat,
(mèr samir land [fyri lýðum[3]
lasta[4]) drykkinn bazta;
bilds hattar verðr buttu[5]
beiði[6] týr at stýra,

skab drog med Karlsefne. Men da Thorhal bar Vand paa sit Skib og drak, da kvad han denne Vise:

Folk mig loved, naar hid jeg
Kom, da skulde den bedste
Drik jeg have; men Landet
Laste bör jeg for alle;
Her man nødes med Haanden,
Spanden at styre til Vandet,

Cum vero Thorhallus aquam in navem exportaret, hos versus[a] fudit:

Conventus ferrei columina dixerunt,
me, huc advenientem, optima
usum fuisse potione; oportet me
coram hominibus terram vituperare.
Nunc numen, flagitator galeæ,
situlam manibus cogitur versare;

1) Hodda, *auri*, *G; quod junctum cum* meiðar, *virorum appellationem efficit, sed sensus inde incommodior et perplexior redditur.* 2) málþíngs, *G, eodem sensu, etsi insolentius,* a mál, *ferrum.* 3) fyrir liðir, *D;* frá lýðum, *minus apte, G.* 4) lasti, *cum ceteris haud facile conciliatur, D.* 5) bráttu, *D;* burtu, *H, i. e.* stýra brotta *v.* burtu, *navem retro dirigere, i. e. abire.* 6) *s.* beiðr, *A.*

a) Hæ duæ strophæ, ut et *Hafgerðingadrápa* in *Eiriks saga,* nec non eæ, quæ mox afferentur ex *Eyrbyggjasaga* in historia de Björne Breidvikensium athleta, metro, quod *dróttkvæði* dicitur, compositæ sunt: quævis stropha constat octo versibus, quivis versus tribus trochæis vel spondeis, ex quibus duo primi cum dactylis permutari possunt. Præter justum syllabarum numerum in hoc metri genere, in binis quibusque versibus, observatur duplex consonantia, nempe literalis et syllabica. Consonantia literalis sive alliteratio in eo posita est, quod in binis quibusque versibus tres inveniantur voces, ab eadem litera incipientes, ex quibus litera metrica princeps locum habere debet in principio secundi versus cujusque distichi, ceteræ duæ, literæ servæ, in versu priore. Notandum tamen, omnes vocales pro literis metricis promiscue adhiberi posse. Consonantia syllabica posita est in binis syllabis metricis, quæ vel pares sunt, vel impares. Syllabæ metricæ pares constant iisdem vocalibus et iisdem subsequentibus consonantibus, impares iisdem conson., diversis vocalibus. Omnes hæ regulæ h. l. observatæ sunt, præterquam quod versus tertius syllabis metricis caret (scil. pro *land* restituendum est *láð*); alias ubique occurrunt, e. gr.

Laufa veðrs þeir er *Leyfa*
Lönd á Furðu-*ströndum*.

Omnes hæ strophæ antiquitatem et genium sapiunt seculi 10mi et 11mi, tam quod attinet ad metaphoras, quam ceteram indolem.

heldr er svâ at ek krýp at keldu[1],
komað[2] vín á grön mína.
Ok er þeir voru búnir, undu þeir segl; þá kvað þórhallr:
Förum aptr, þar er orir[3]
eru, sandhimins[4], landar[5],

Jeg mig til Kilden maa böie,
Viin kom ei paa min Læbe.
Og da de vare færdige, heisede de Seil; da kvad Thorhal:
Lad os drage tilbage
Hjem til vore Landsmænd,

sic vero res est, ut ad fontem procumbam;
haud vinum mea labia tetigit[a].
Cum parati erant, sublato velo, cecinit Thorhallus:
Eò redeamus, ubi conterranei
sunt nostri! faciamus alitem,

1) köldu, *eodem sensu, ö et e alternantibus, G.* 2) kom ei, *id., D.* 3) örir, *alacres, G.* 4) sandarhimins, *eodem sensu, sed ad metrum ingratius, D.* 5) *s.* landan, *A;* landa, *G, H;* landar *sine dubio verissima lectio est.*

a) ordo prosaicus: *málmþings meiðar kváðu mik hafa drykkinn bazta, er ek kom hingat; mèr samir lasta land fyrir lýðum: Beiði-týr bilds hattar verðr at stýra buttu; heldr er svá, at ek krýp at keldu; kom-að vín á mína grön. Málmþing*, conventus metallorum, i. e. telorum, ɔ: conventus, in quo res telis geritur, hoc est, pugna; *málmþings meiðr*, arbor pugnæ, præliator. Notandus est poëtarum borealium mos vetustissimus, qui ad hoc usque tempus in poësi Islandica vulgo observatur, viros per arborum nomina masculina, feminas per arborum nomina feminina describendi, adjecto viris feminisve proprio opere vel attributo. Originem hujus denominationis poëticæ Skalda quidem (*Snorra Edda*, ed. Rask, *Skáldskaparmál* §. 31) ab homonymia quadam deducit, secundum quam e. gr. *reynir*, sorbus, *viðr*, lignum, homonymicè ponatur pro *reynir*, subst. verb., qui experitur, tentat, *viðr*, qui operatur, facit, efficit. Et hanc rationem interdum sequi videntur interpretes doctissimi G. Magnæus et Johnsonius. Sed jam S. Thorlacius hanc denominationem rectius a prima creatione hominum ex arboribus repetiit (Antiqu. Boreal. Spec. 7, p. 201, cfr. Finni Magnusenii *Eddalære*, Tom. 2, p. 66, not. 18). Adeoque ex hac notione herois præliatoris descriptio h. l. sic informanda est: divinitus animata arbor, in telorum conflictu versans. *Baztr*, antiqv. pro *beztr*, optimus. *Mèr samir lasta*, i. e. non sine causa vitupero. *Beiði-tyr*, compos. ex *beiða*, petere, flagitare, in compositis *beiði* id. q. *beiðandi*, flagitans, et *Týr*, unus Asarum; *bildshattr* galea est, a *bildr*, scalprum, pro telo in genere, itaque pileus, telis excipiendis aptus: melius tamen placeret, si, quamvis tacente Edda, *Bildr* esset nomen Odinis aut piratæ; sic *beiði-týr bilds hattar*, deus flagitans galeam, est pugnator, cujus in prælium ituri est, arma defensoria flagitare. Hic vero se ipsum intelligit poëta, nempe ego pugnator cogor situlam ori admovere. *Butta* id. q. *bytta*, situla aquæ hauriendæ; *stýra*, regere, h. l. manibus tenere. *Kelda*, fons, h. l. pro aqua vel aquæ potu. Hoc dicit poëta: adeo

látum kenni val[1] kanna
knarrar skeið en breiðu;
meðan bilstyggvir[2], byggja,
bellendr, ok[3] hval vella[4],
laufa[5] veðrs, þeir[6] er leyfa
lönd, á Furðuströndum.

Síðan sigldu þeir norðr fyri Furðustrandir ok Kjalarnes, ok vildu beita vestr fyri; þá kom móti

Lade Skibet forsøge
Havets brede Veie;
Medens de ufortrødne
Mænd, som rose Landet,
Bygge og Hvaler syde
Her paa Furdustrande.

Siden seilede de nordefter forbi Furdustrande og Kjalarnæs, og vilde krydse imod Vesten; da fik de en stærk Vesten-

expansi arenosi peritum,
lata navis explorare curricula:
dum procellam incitantes gladii,
moræ impatientes, qui terram
collaudant, Furdustrandas
inhabitant et coquunt balænas [a].

Deinde boream versus Furdustrandas et Kjalarnesum prætervecti, cum

1) vel, *D, H.* 2) bilstygg ver, *D*; bils byggver, *pravè, G.* 3) í, *D, H.* 4) vello, *D.* 5) laupa, *perperam, H.* 6) þar, H.

spe frustratus sum vini hac in terra inveniendi, ut qui huc adveniens optima potione usus sim, nunc aquam bibere cogar; quare non est, cur hujus terræ commoda laudem.

a) ordo: *Förum aptr, þar er orir landar eru! látum kenni-val sandhimins kanna en breiðu knarrar skeið! meðan bilstyggvir bellendr laufa veðrs, þeir er leyfa lönd, byggja á Furðuströndum ok vella hval.* Sensus est: Qui hanc terram (Vinlandiam) laudant, habitent, licet, in Furdustrandis et cetis vescantur; nos, qui heic nihil laudandum reperimus, in patriam navibus revehamur! *kenni-valr*, accipiter peritus, a *kenna*, cognoscere, eadem ratione ac [illegible] supra *beiðitýr*; *sandhiminn*, cœlum arenæ, mare, quia mare cœli vel expansi instar super arenoso maris fundo arcuatur; itaque *kennivalr sandhimins*, accipiter pelagi peritus, est navis, quæ cum volucri comparatur, ob velocitatem et vela, alarum more expansa. Talem comparationem inter navem et alitem non ignorat Homerus, Od. 23, 272, ἐρετμα, τατε πτερα νηυσι πελονται. *Knarrar skeið*, curriculum navis, mare. *bilstyggr*, moram detestans, i. e. impiger, gnavus, strenuus, *bil*, intervallum spatii et temporis, et *styggr*, fugax, fugiens. *bellendr*, plur. part. act. v. *bella* (*belli, beldi*), urgere, non confundendum cum neutro *bella* (*bell, ball*), illidi, tangere; *laufa veðr*, tempestas gladii, pugna; hinc *bellendr laufa veðrs*, præliatores, honorifica virorum appellatio apud veteres bellicosos. *leyfa*, laudare, a *lof*, laus, distinguendum a *leifa*, λειπειν, relinquere.

þeim vestanveðr, ok rak þá upp á Írlandi, ok voru þeir þar barðir ok þjáðir[1], ok lèt þórhallr þar líf sitt, eptir því sem kaupmenn hafa[2] sagt.

9. Nú er (at) segja af Karlsefni, at hann fór suðr fyri landit, ok Snorri ok Bjarni með sínu fólki. þeir fóru lengi, ok allt þar til er þeir komu at á einni, er fèll af landi ofan, ok í vatn eitt til sjófar; eyrar voru þar miklar, ok mátti eigi komast í ána utan at háflæðum. þeir Karlsefni [sigldu í ósinn, ok kölluðu í[3] Hópi. þeir fundu þar á landi sjálfsána hveitiakra, þar sem lægðir voru, en

vind imod sig, og dreve da op paa Irland, og bleve der slaaede og gjorte til Trælle, og der lod Thorhal sit Liv, eftersom Kjøbmænd have fortalt.

9. Nu er at berette om Karlsefne, at han tilligemed Snorre og Bjarne og deres Folk drog sydefter langsmed Kysten af Landet. De seilede længe, og lige til de kom til en Flod, som løb ned fra Landet, og igjennem en Indsø ud i Havet; der vare svære Grunde, hvorfor man ikke kunde komme ind i Floden uden ved Höivande. Karlsefne seilede med sine Folk ind i Mundingen, og de kaldte Stedet Hopet. De fandt der paa Landet selvsaaede Hvedeagre, der hvor

occidentem versus obliquo vento niti vellent, adversa tempestate ab occidente oborta, in Irlandiam rejecti, ibique verberati et servitute afflicti sunt[a]; hic, prout mercatores retulerunt, Thorhallus mortem obiit.

9. De Karlsefnio autem hoc dicere est, quod austrum versus terram prætervehebatur, atque Snorrius ac Bjarnius cum sociis. Diu navigarunt, et eò usque, donec pervenerunt ad fluvium quendam, qui ex terra defluens, per lacum quendam in mare se exoneravit; ibi vasta erant brevia arenosa, quare amnis subiri nisi maximis æstibus non potuit. Karlsefnius ac sui ostium intraverunt, et locum Hopum (æstuarium)[b] appellaverunt. In ter-

1) þar þeir reyndust svá illa kristnir, *quod tam male christiani esse deprehendebantur, add. D.* 2) oss hingat, *nobis in hac terra, add. D.* 3) komu í ósinn, sigldu ok kölluðu með, *simili sensu, H.*

a) Nam in Hibernia his temporibus, uti notum est, jus naufragii exercebatur.

b) *Hóp*, recessus v. derivatio fluminis v. maris, confluens, it. refugium. Idem nomen etiamnum adhæret locis et stagnis in toparchia Hunavatnensi borealis Islandiæ, e. gr. *Vestrhóp, Vestrhópsvatn, Miðhóp*, cf. *Landnáma*, P. 3, c. 1, 4; *Heiðarvigasögu brot in Islendinga Sögur*, 1, 265, 275.

vínviđ allt þar sem hollta[1] vissi. Hverr lækr var þar fullr af fiskum. þeir gerđu grafir, þar sem mættist landit, ok flóđit gekk ofarst[2]; ok þá er útfèll sjórinn, voru helgir fiskar í gröfunum. þar var mykill fjöldi dýra á skóginum međr allu[3] móti. þeir voru þar hálfan mánađ, ok skemtađu sèr, ok vurđu viđ ekki varir; fè sitt höfđu þeir međr sèr. Ok einn morginn snemma, er þeir lítađust um, sá þeir mykinn fjölda húđkeipa, ok var veift trjom á skipunum, ok lèt

Grunden var siid, men Viinranker der hvor den hævede sig noget. Hver Bæk der var fuld af Fiske. De gjorde Grave, der hvor Landjorden begyndte, og Floden gik höiest op, og naar Havet da veg tilbage, vare der Helleflyndre i Gravene. Der var en stor Mængde af alle Slags Dyr i Skoven. De vare der en halv Maaned, og fornöiede sig, og bleve intet vaer; deres Kvæg havde de med sig. Og en Morgen tidlig, da de saae sig om, saae de en stor Mængde Skindbaade, og at Stænger bleve svungne paa dem, og det lød ligesom Blæsten

ram egressi, quà solum erat depressius, agros triticeos sponte satos invenerunt, ubi vero terra editiore clivo adsurgebat, vites. Quisque rivus plenus piscibus erat. Quo loco excepit terra et æstus longissime accessit fossas depresserunt; recedente vero mari, sacri pisces[a] in fossis remanserunt. In sylva magnus erat ferarum omnigenarum numerus. Ibi dimidium mensem commorantes sese oblectabant, nihil novi animadvertentes; pecudes suas secum habuere. Mane cujusdam diei, cum circumspicerent, magnum numerum caraborum viderunt, perticasque in navibus vibrari,

1) holda, *pravè, D.* 2) *restitutum;* ofast, *A.* 3) *sic.*

a) *Pisces sacros ita dictos* autumat Torfæus (Vinlandiæ p. 54), quod sine labore capiantur. Verum nomen est certi generis planorum piscium, sc. Plevronectes hippoglossus (Linnæi Fauna Svecica 329), quod genus adhuc in Islandia vocatur *heilagfiski,* it. *flyđra*, unde conflata videtur vox Danica *Helleflyndre.* Mag. Thordus ad hunc locum annotat, in alio codice ita legi: *voru þar grafir fullar međ heilaga fiska,* i. e. ibi plenæ erant fossæ sacris piscibus. Quod ad rationem nominis adtinet, conferri meretur Plinius major, qui cum descripsit periculum, urinantibus a caniculis imminens, addit (Hist. natur. Libr. IX, cap. 70 fin. Ed. Bipont.): „certissima est securitas vidisse planos pisces (v. ibid. c. 36. 40) quia nunquam sunt, ubi maleficæ bestiæ: qua de causa urinantes sacros appellant eos."

því líkast sem í hálmþúst, ok var veift sólarsinnis. Þá mælti Karlsefni: „hvat man þetta hafa at[1] teikna?" Snorri Þorbrandsson svarar honum: „vera kann at þetta sè friðarmark, ok tökum skjöld hvítan, ok berum at móti;" ok svâ gerðu þeir. Þá rèru þeir í mót, ok undraðust þá, sem fyri voru, ok gengu á land upp. Þeir voru svartir menn ok illiligir, ok hafðu íllt[2] hár á höfði. Þeir voru mjök eygðir ok breiðir í kinnum. Dvöldust þeir of stund, ok undraðust þá, sem fyri voru, ok rèru síðan í brott ok suðr fyri nesit.

10. Þeir[3] Karlsefni höfðu gört búðir sínar upp frá vatninu, ok voru sumir skálarnir nær vatninu,

i et Halmknippe, og Svingningen skete med Solen. Da sagde Karlsefne: „Hvad mon dette have at betyde?" Snorre Thorbrandsön svarede ham: „Det kan være at dette er et Fredstegn, og lad os tage et hvidt Skjold, og holde imod dem;" og de gjorde saa. Derpaa roede hine imod dem, og undrede sig over dem som de traf der, og gik op paa Land. Disse Mennesker vare sorte og af et barskt Udseende, og havde stygt Haar paa Hovedet; de havde store Öine og brede Kinder. De bleve der en Tid, og undrede sig over dem, som de traf der, og roede siden bort og sydefter omkring Næsset.

10. Karlsefne og hans Folk havde gjort deres Vaaninger ovenfor Indsøen, og nogle af Skalerne vare nær ved

sonum edentes instar culmi vento stridentis, vibratione secundum solem facta. Tum Karlsefnius: „quid hoc significare creditis?" Snorrius Thorbrandi filius respondet: „fieri potest, ut hoc signum pacis sit; quare album clypeum sumamus et contra portemus." Itàque fecerunt. Tum illi obviam remigarunt, miratique qui in terra essent, exscenderunt. Hi homines erant nigri, truculenti specie, fœdam in capite comam habentes, oculis magnis et genis latis[a]. Cum hic aliquamdiu morati peregrinos demirati essent, lembos retro egerunt, et austrum versus ultra promontorium se receperunt.

10. Karlsefnius ac sui habitacula aliquanto ab lacu spatio fecerant, aliis

1) *add. G; abest in A.* 2) *sic A, B; forte* strítt, *asperam.* 3) Þorfinnr, *add. D.*

a) Hæc descriptio Skrælingorum accurate quadrat in hodiernos Grænlandos sive Eskimoos.

en sumir firr. Nú voru þeir þar þann vetr; þar kom enginn snjór, ok allt gekk fè þeirra sjálfali fram[1]. En er vâra tók, [sá þeir[2] einn morgin snemma, at fjöldi húðkeipa rèri sunnan fyrir nesit, svâ mart[3] sem kolum væri sát [fyrir hópit, var þá ok[4] veift af[5] hverju skipi trjonum. Þeir Karlsefni brugðu þá skjöldum upp, ok [er þeir fundust[6], tóku þeir kaupstefnu sín ámilli, ok vildi þat fólk helzt hafa[7] rautt skrúð[8]; þeir [hafðu móti (at) gefa skinnavöru ok algrá skinn. Þeir[9] vildu ok kaupa sverð ok spjót, en þat bannaðu þeir Karlsefni ok Snorri[10]. Þeir [Skrælíngar tóku spannarlángt rautt

Søen, andre fjernere fra samme. De vare nu der den Vinter; der kom ingen Snee, og alt deres Kvæg nærede sig selv ved at græsse. Men da det vaaredes, saae de en Morgen tidlig, at en Mængde Skindbaade roede sydfra forbi Næsset, saa mange som om der var saaet med Kul foran Vigen; der blev da ogsaa Stænger svungne paa hvert Skib. Karlsefne og hans Folk hævede da Skjoldene i Veiret, og da de kom sammen, begyndte de at kjøbslaae, og dette Folk vilde helst have rødt Klæde; de havde at give derfor Skindvarer og ægte Graaskind. De vilde ogsaa kjøbe Sværde og Spyd, men det forbød Karlsefne og Snorre. Skrælingerne toge for et ganske graat Skind et Spand langt

diætis propius lacum, aliis remotius positis. Heic sequentem hiemem transegerunt: nulla ibi nix decidit: omnes pecudes eorum pascendo se ipsæ sustentabant. Cum vero vernaret, mane quodam prima die viderunt, magnum caraborum numerum ab austro præter promontorium advehi, tanta multitudine, ut si carbonibus ostium æstuarii conspersum esset. Tum quoque perticæ ex quavis nave vibratæ sunt. Karlsefnius ac sui clypeos extulerunt; qui cum convenissent, commercia inter se agere inceperunt. Hic vero populus rubrum pannum potissimum cupivit; habentes quod vicissim offerrent, mercem pelliceam et pelles omnino canas. Voluerunt et emere enses et hastas, hoc vero Karlsefnius ac Snorrius vetabant. Skræ-

1) *Novum caput incipit in B.* 2) geta þeir at líta, *eodem sensu, B.* 3) margir, *B.* 4) ok var þó, *B.* 5) á, *H, B.* 6) *abest in B.* 7) kaupa, *emere, B.* 8) klæði, *id., B.* 9) *abest in B.* 10) at selja þeim; þeir höfðu ok fala sína selskinnsbelgi fyrir klæðin, *illis vendere; habuerunt et pelles phocinas venales pro panno, add. L.*

skrúð fyrir úfölvan[1] belg, ok bundu um höfuð sèr. [Gekk svâ kaupstefna þeirra um ríð; þá tók at fættast skrúðit með þeim Karlsefni, ok skáru þeir þá svâ smátt í sundr[2], at eigi var breiðara enn [þvars fíngrs[3], ok gáfu Skrælíngar þó jammykit fyrir, [sem áðr[4] eða meira.

11. Þat bar til[5], at griðúngr ljóp or skógi, er þeir Karlsefni áttu, ok gellr[6] hátt; [þetta fælast[7] Skrælíngar, ok laupa út á keipana, ok rèru síðan suðr fyrir landit; verðr þá ekki vart við þá þrjár vikur í samt. En er sjá stund var liðinn, sea þeir fara sunnan mykinn fjölda Skrælínga skipa, svâ sem straumar[8] stæði[9], var þá trjonum allum veift

Stykke rødt Klæde, og bandt det om deres Hoved. Saa gik deres Handel en Tid; da begyndte Klædet at gaae op for Karlsefne og hans Folk, og de skare det da i smaae Stykker, som ikke vare bredere end en Fingers Bredde, og Skrælingerne gave dog ligesaa meget derfor som tilforn eller mere.

11. Det hændte sig at en Tyr, som Karlsefne havde, løb frem af Skoven, og brølede höit; dette forskrækkede Skrælingerne, og de løb ud paa Skindbaadene, og roede derpaa sydefter med Kysten; da mærkede man ikke til dem i tre hele Uger. Men da den Tid var forbi, saae de en stor Mængde skrælingske Skibe komme söndenfra, med en Fart som rivende Strömme;

lingi spithamam rubri panni pro pelle non decolore accepere, et circa caput sibi obligarunt. Sic aliquamdiu commercia agitaverunt. Deinde cum pannus coloratus Karlsefnio deesse cœpit, eum in tam minutas partes dissecuerunt, ut segmina latitudinem transversi digiti non excederent, et tamen Skrælingi æque multum, atque antea, aut etiam plus, pro eo dederunt.

11. Accidit, ut taurus, qui Karlsefnio fuit, e sylva excurrens, altum mugiret. Hac re perterriti Skrælingi in carabos decucurrerunt, et austrum versus ultra terram remigaverunt; ex quo tempore per tres continuas hebdomadas non animadversi sunt. Hoc vero tempore elapso conspiciunt ab austro advehi magnum numerum Skrælingicarum navium, ferentis æstus

1) höfðu úfölfvan belg fyrir klæðit, ok tóku spannarlángt klæði fyrir, *pro panno obtulerunt pellem suam pallidam pro qua spithamam panni receperunt*, B. 2) ok fór svá um stund, en er minka tók klæðit, þá skáru þeir í sundr svá, *et sic aliquamdiu res cessit, cum vero pannus deficere cœpit, ita eum dissecuerunt*, B. 3) þvers fíngrar breitt, B; þver handar, *palmæ*, L. 4) *abest in* B. 5) nokkuru sinni þá Skrælíngjar voru at kaupstefnu sinni, *aliquando cum Skrælingi mercatui interessent, add.* D. 6) garl, *pravè, pro* gall, B. 7) við; þeir fælast við, B. 8) straumr, B. 9) æddi, *rueret*, L.

andsælis[1]; ok ýla upp allir [mjök hátt[2]. Þá tóku þeir Karlsefni [rauðan skjöld[3], ok báru at móti. [Skrælíngar lupu af skipum, ok[4] síðan gengu þeir saman, ok börðust; varð þar skothríð hörð, þvíat[5] Skrælíngar höfðu[6] valslöngur[7]. Þat sá þeir Karlsefni[8], at Skrælíngar færðu upp á [stöng knött stundar mykinn því nær til at jafna sem sauðarvömb, ok helzt[9] blán at lit, ok [fleygðu af stönginni[10] upp

alle Stængerne bleve da svungne imod Solen, og de hylede alle meget höit. Da toge Karlsefnes Folk et rødt Skjold, og holdt imod. Skrælingerne løb af Skibene, og derpaa gik de mod hinanden og sloges; der blev en haard Skudregn, thi Skrælingerne havde Valslynger. Karlsefnes Folk saae, at Skrælingerne hævede op paa en Stang en overmaade stor Kugle, næsten at ligne med en Faarevom, og blaaagtig af Farve; denne svang de af Stangen op paa Land

modo incitatum; tum omnes perticæ adversus solem vibratæ, et illi omnes valde acutum ululabant. Tum Karlsefniani sumtum rubrum clypeum contra extulere. Skrælingi ab navibus decucurrere; deinde congressi prælium commiserunt. Hic acer extitit jactus telorum, nam Skrælingi fundis bellicis (ballistis) usi sunt[a]. Viderunt Karlsefniani, quod Skrælingi longurio sustulerunt globum ingentem[b], ventri ovillo haud absimilem, colore

1) rángsælis, *id.*, *B.* 2) hátt upp, *B.* 3) rauða skjöldu, *rubros clypeos*, *B.* 4) *abest in B.* 5) þeir, *B.* 6) ok, *etiam*, *add. B.* 7) *sic A, B;* (valstöngur?) 8) ok Snorri, *add. B.* 9) staungum knött mikinn ok, *longuriis globum ingentem et*, *B.* 10) fló, *qui volavit*, *B.*

a) *Valslöngur* erant instrumenta lignea ad conjiciendos ingentes lapides et id genus alia, itaque idem quod Romanorum ballistæ. Hæc instrumenta eo tempore in septemtrione nota fuisse, ut antiquiora testimonia taceamus, apparet ex Hist. Olavi Tryggvii f., *Fornmanna-Sögur* I, 127, et Vers. Lat. in Scriptis Hist. Isl. Vol. I, p. 150, ubi memoratur, ea regis Olavi consilio adhibita fuisse ad vasa, ramentis et cremiis referta, contra munimentum Danorum conjicienda, qua re hoc munimentum incensum est. Cum hoc instrumento bellico veteres Grænlandi comparabant tormentum illud ab Skrælingis usurpatum, quod quoque propius accedere potuit ad similitudinem ita dictæ *stafslánga*, Romanorum fustibali, quem Vegetius, de re militari Libr. III. c. 14, describit, ut contum, quatuor pedes longum, cui affixa fuerit funda ex corio, quique utraque manu libratus lapides ad modum ballistæ contorquere potuit. De his mentionem facit Speculum Regale p. 380, 389, 415.

b) Notum est ex Joh. Andersonii *Nachrichten von Island, Grönland und der Strasse Davis*, p. 254, et pluribus relationibus, indigenas Grænlandos ex stirpe Eskimoica, qui iidem ab veteribus Borealibus Skrælingi sunt appellati, cap-

á landit yfir lið[1] þeirra Karlsefnis, ok lèt illilega viðr, þar sem niðr kom. Við þetta sló ótta myklum [á Karlsefni ok allt[2] lið hans, svâ at þá fýsti engis annars enn [flýja, ok[3] halda undan upp með ánni, [því́at þeim þótti lið Skrælínga drífa at sèr allum megin, ok lètta eigi, fyrr enn þeir koma[4] til hamra nokkurra, ok veittu þar viðrtöku harða. Freydís kom út, ok sá at þeir Karlsefni hèldu undan, ok kallaði: „hví renni þèr undan [þessum auvirðismönnum[5], svâ gildir menn [sem þèr erut[6], er mèr þótti sem[7] þèr mættit drepa niðr[8]

over Karlsefnes Mandskab, og den gav et skrækkeligt Skrald, i det den faldt ned. Dette indjog Karlsefne og alle hans Folk en stor Frygt, saa at de fremfor alt önskede at flye, og de trak sig tilbage langs med Floden, thi det forekom dem, at Skrælingerne trængte frem imod dem fra alle Sider; og de standsede ikke, förend de kom til nogle Klipper, hvor de gjorde en haard Modstand. Freydis kom ud, og saae at Karlsefnes Folk trak sig tilbage, og hun raabte da: „Hvi løbe I, saa raske Mænd som I ere, for disse Stakler, som jeg troede I kunde fælde som Fæ; og hvis jeg havde Vaaben, troer jeg at jeg

fere cæruleo; hunc ex longurio in terram super manum Karlsefnianorum contorserunt, qui ut decidit, dirum sonuit. Hac re terrore perculsus est Karlsefnius suique omnes, ut nihil aliud cuperent, quam fugere et gradum referre sursum secundum fluvium: credebant enim, se ab Skrælingis undique circumveniri. Hinc non gradum stitere, priusquam ad rupes quasdam pervenissent, ubi acriter resistebant. Exiens Freydisa, cum videret Karlsefnianos gradum referre, exclamat: „cur terga datis imbellibus istis, tam strenui viri, quam vos estis, quos pecudum instar concidi a vobis

1) til, *usque ad*, *H*. 2) yfir Karlsefni ok á, *B*. 3) *omittit B*. 4) *abest in B*. 5) þessum auðvirðismönnum, *id.*, *H*; þessum úvendismönnum, *his malis hominibus*, *L*; slíkum úvirðismönnum, *his vilibus hominibus*, *B*. 6) *omittit B*. 7) líkligt at, *verosimiliter*, *B*. 8) þá, *eos*, *B*.

turæ cetariæ operam dantes, solere pilis uti, quibus mediis annexa sit vesica phocina inflata, ipsis *avata* dicta, quo facilius pilum reperiant, et ad jactum certius dirigendum. Huic rei hoc loco aliquid simile reperimus, neque ab vero abhorret, Skrælingos tali instrumento ad piscaturam uti consuevisse. Lapides quoque ab his conjectos esse, ex sequentibus apparet, cum Thorbrandus Snorrii filius ictu plani lapidis necatus esse dicatur.

svâ sem búfè; ok ef ek hefða vâpn, þótti mèr, sem ek skyldi betr berjast, enn einhverr yðarr." þeir gáfu engan gaum [hennar orðum[1]. Freydís vildi fylgja þeim, ok varð seinni[2], þvíat hún var eigi heil; gekk hún þó[3] eptir þeim í skóginn. En[4] Skrælíngar sækja at henni; hún fann fyrir sèr mann dauðan, þar var þorbrandr Snorrason, ok stóð hellusteinn í höfði honum; sverðit lá bert[5] í hjá honum; tók hún þat upp, ok býst[6] at verja sik. þá komu Skrælíngar at henni; hún [dró þá út brjóstit undan klæðunum, ok slettir á beru sverðinu; við þetta óttast Skrælíngar[7], ok ljópu undan á skip sín, ok rèru[8] í brott. þeir Karlsefni finna hana, ok lofa kapp[9] hennar.

skulde slaas bedre end nogen af eder." De gave ingen Agt paa hendes Ord. Freydis vilde følge dem, men hun var langsommere, thi hun var frugtsommelig; dog gik hun efter dem i Skoven. Skrælingerne satte efter hende; hun fandt for sig en død Mand, det var Thorbrand Snorresön, og en flad Steen stod fast i Hovedet paa ham; Sværdet laae blottet ved hans Side; dette tog hun op, og beredte sig til Modværn. Da naaede Skrælingerne hende; hun trak da Brystet frem af Klæderne, og slog det ud paa det bare Sværd; derved bleve Skrælingerne bange, og undløb til deres Skibe, og roede bort. Karlsefne og hans Folk kom da til, og roste hendes Mod. To Mænd faldt af Karlsefnes Folk, men en Mængde af

posse putabam; atque si arma haberem, crediderim me fortius pugnaturam, quam e vobis aliquem." Illi dictorum ejus nullam curam habuere. Freydisa, cum eos consequi vellet, tardius ibat, nam infirma (i. e. gravida) erat, subsecuta tamen est in sylvam. Insequuntur eam Skrælingi. Illa incidit in mortuum hominem, Thorbrandum Snorii filium, cujus capiti lapis planus impactus stetit; nudus juxta eum gladius jacuit, quo ea sublato sese defendere parabat. Tum superveniunt Skrælingi. Illa extractam e vestibus mammam nudo gladio illidit, qua re perterriti Skrælingi in naves refugerunt et remigio se abripuerunt. Karlsefniani eam convenientes, vir-

1) hvat sem hún sagði, *quid loqueretur, B.* 2) haun (*sic i. e.* hön pro hún) heldr sein, *id., B.* 3) þá, *tum, B.* 4) er, *cum, B.* 5) *abest in B.* 6) byðst, *B.* 7) tekr brjóstið upp úr serkinum ok slettir á sverðit; þeir fælast við, *extractam ex indusio mammam gladio illidit, qua re consternati sunt, B*; klæðunum ok skar þat af sèr, ok grytti eptir þeim, *extractam e vestibus mammam præcidit sibi, et in eos conjecit, Hm.* 8) hèldu, *abscesserunt, B.* 9) happ, *fortunam, B.*

Tveir menn fèllu af þeim Karlsefni[1], en fjöldi[2] af þeim Skrælíngum[3]. Vurðu þeir Karlsefni[4] ofrliði bornir, ok fóru nú heim eptir þetta til búða sinna, [ok bundu sár sín[5]; ok íhuga, hvat fjölmenni þat [myndi verit hafa[6], er at þeim sótti [af landinu ofan[7]; sýnist þeim nú sem þat eina mun liðit verit hafa, er af[8] skipunum kom, en [hitt fólkit[9] man verit hafa sjónhverfíngar[10]. Þeir Skrælíngar fundu ok mann dauðan, ok lá öx[11] í hjá; einn þeirra [tók upp öxina, ok höggr með trè, ok þá hverr at öðrum, ok þótti þeim vera gersimi, ok bíta val; síðan tók einn, ok hjuggu í stein, svâ at[12] brotnaði öxin, ok þá þótti þeim engu nýt,

Skrælingerne. Karlsefnes Trop blev overmandet, og de droge nu hjem efter dette til deres Vaaninger, og forbandt deres Saar; de tænkte nu over, hvad det havde været for en Mængde, som oppe fra Landet af havde trængt frem imod dem, og det forekom dem nu, at det kun havde været virkelige Folk, som kom fra Skibene, men at de andre Folk maatte have været Öienforblændelse. Skrælingerne fandt ogsaa en død Mand, ved hvem der laae en Øxe; een af dem tog Øxen op, og hug i Træ med den, og nu gjorde den ene efter den andet det samme, og tyktes at det var en kostelig Ting, og at den bed godt; siden tog een den, og hug i en Steen med den, saa at Øxen brødes, og da tyktes den dem af ingen Nytte, eftersom den

tutem ejus collaudabant. Duo ex Karlsefnianis occubuerant, ex Skrælingis magna multitudo. Ita Karlsefniani multitudine adversariorum superati, domum ad habitacula se retulerunt, et vulnera sua obligaverunt. Animum advertentes, quæ fuerit hominum multitudo, quæ ex superioribus locis adveniens ipsos adorta fuerit, comperiunt, eam solam adfuisse manum, quæ ex navibus advenisset, ceteram turbam præstigias fuisse. Skrælingi quoque hominem mortuum repererunt, securimque juxta jacentem; unus eorum securim sustulit et lignum ea cecidit; tum unus post alterum idem fecere, rem maximi pretii eam existimantes, et præacutam esse. Deinde alius

1) Karli, *B, qui sæpius Karlsefnium Karlum nominat.* 2) fjórir, *quatuor, B.* 3) en þo, *add. B.* 4) *nescit B.* 5) *nescit B.* 6) var, *esset, B.* 7) á landinu, *in terra, B.* 8) á, *in, B.* 9) annat liðit, *id., B.* 10) þversýníngar, *id., B.* 11) öxi, *D;* eyxi, *id., H.* 12) hjó í stein ok, *lapidem cecidit, et B;* (huggi *v.* huggr, *A.*)

er eigi stóðst[1] grjótit, ok kastaðu niðr.

12. Þeir Karlsefni þóttust nú seá, þótt þar væri landskostir góðir, at þar myndi jafnan[2] ótti ok úfriðr á liggja af þeim er fyri bjuggu. Síðan bjuggust þeir á brott, ok ætlaðu til síns lands, ok sigldu norðr fyrir landit[3], ok funnu 5 Skrælínga í skinnhjúpum, sofnaða [nær sjó; þeir[4] hafðu með sèr stokka[5], ok í dýramerg dreyra blandinn; [þóttust þeir Karlsefni þat skilja, at þessir menn myndu hafa verit gervir brott[6] af landinu; þeir drápu þá. Síðan fundu þeir Karlsefni nes eitt, ok á fjölda dýra[7], var nesit at seá sem mýkiskán væri, af því at dýrin lágu þar um nætrnar[8]. Nú koma þeir Karls-

ikke holdt imod Steen, og de kastede den bort.

12. Karlsefne og hans Folk troede nu at indsee, at, skjönt Landet havde mange Herligheder, vilde man dog der bestandig svæve i Frygt for Ufred af Landets tidligere Beboere. De beredte sig derfor til Afreise, og agtede sig til deres Fædreland; de seilede nordefter med Kysten, og traf 5 Skrælinger i Skindpelse, sovende nær ved Havet. De havde med sig Æsker, hvori der var Dyremarv, blandet med Blod; Karlsefnes Folk tyktes at forstaae, at disse Mennesker vel vare blevne forviiste fra Landet; de dræbte dem. Siden kom de til et Næs, hvorpaa der var en Mængde Dyr, og Næsset var overalt bedækket med Møg, efterdi Dyrene

eam sumsit et in lapidem incussit, ut securis frangeretur; quo facto lapidi findendo inepta, eis ad nullam rem utilis visa est, atque eam dejecerunt.

12. Jam Karlsefniani pro certo habuerunt, etsi eximia esset hujus terræ bonitas, tamen semper futurum, ut terror et periculum ab incolis immineret. Deinde abitum parant, in patriam redituri, atque boream versus a terra navigaverunt, et prope a mari deprehenderunt quinque Skrælingos in amictu pelliceo, somno oppressos: hi secum habuere cistulas, medullam ferinam cruore mixtam continentes; hos a terra exterminatos esse Karlsefniani intelligebant; eos interfecerunt. Postea promontorium quoddam invenere, tanta ferarum multitudine repletum, ut fimo obsitum

1) stóð við, *id.*, *B.* 2) jafn, *perpetuus*, *B.* 3) *abest in B.* 4) ok, *et*, *B.* 5) skrokka, *B*; skokka, *I*, *L*, *vasa v. dolia.* 6) virtu þeir svá, at þeir mundu gjörfir, *sic judicarunt, eos exulatos esse*, *B.* 7) ok þaun vag, *tali modo, add. B.* 8) vetrna, *per hiemes*, *B.*

efni [aptr í Straumfjörð[1], ok [voru þar fyrir alls gnóttir, þess er þeir þurftu at hafa[2]. Þat er sumra manna sögn, at þau Bjarni ok Guðríð[3] hafi þar eptir verit, ok 10tigir[4] manna með þeim, ok hafi eigi farit lengra[5]; en þeir Karlsefni, ok Snorri hafi suðr farit, ok 40 manna með þeim, ok hafi eigi lengr verit í Hópi enn vart[6] tvâ mánuði, ok hafi sama sumar aptr komit[7]. Karlsefni fór þá[8] einu skipi at leita Þórhalls veiðimanns[9], en annat[9] liðit var eptir; ok fóru þeir norðr fyrir Kjalarnes, ok berr þá fyrir vestan fram, ok var landit á bakborða þeim; þar voru þá[10] eyðimerkr einar [allt at seá fyrir þeim, ok

laae der om Nætterne. Nu kom de tilbage til Strömfjord, og der var Overflødighed af alt hvad de behøvede at have. Det er somme Mænds Sagn, at Bjarne og Gudrid ere blevne der tilbage med 100 Mand, og have ikke faret længere; men Karlsefne og Snorre have med 40 Mand faret sydpaa, og have ikke været længere i Hopet end knap to Maaneder, ere samme Sommer komne tilbage. Karlsefne foer derpaa med eet Skib at søge efter Thorhal Jæger, men de øvrige bleve tilbage; og de seilede nord forbi Kjalarnæs, og førtes da frem mod Vesten, og Landet var paa deres venstre Side. Der vare da øde Skove overalt, saa langt de kunde see, og næsten

videretur, quod eo loco feræ noctu cubuerunt. Jam in Straumfjördum revenerunt; hic omnium rerum, quarum opus habebant, copia suppetebat. Quidam tradunt, Bjarnium ac Gudridam heic remansisse, unacum decem hominum decadibus, neque longius processisse: Karlsefnium vero ac Snorrium austrum versus cum quadraginta hominibus profectos, neque diutius in Hopo commoratos quam vix duo menses, eadem æstate revertisse. Post hæc Karlsefnius una nave ad quærendum Thorhallum venatorem exiit, ceteris remanentibus. Kjalarnesum a meridie circumflectentes occidentem versus prætervecti sunt, terra ab sinistro navis latere relicta; ibi tum

1) í Straumsfjavrð, *B.* 2) er þar allskonar, *eodem sensu, B.* 3) *sic A;* Freydís, *B.* 4) XX *i. e.* tíu tigir, 100, *L.* 5) í fyrstu, *primo, add. H.* 6) *vix legi potest.* 7) *Præcedentia K ita exhibet:* þat er ok sumra manna sögn, at þeir Karlsefni hafi fyrst suðr farit ok Snorri með eitt skip ok 40 manna með þeim, en Bjarni ok Guðríðr hafi eptir orðit í Straumey, ok 100 (LL) manna með þeim, ok hafi þá eigi lengi í Hópi verit, vart 2 mánaði í burtu, sóttu síðan hitt fólkit ok verit svá vetrinn, *i. e. Est et quorundam relatio, Karlsefnium ac Snorrium cum una nave et 40 viris austrum versus primo contendisse, remanentibus in Straumeya Bjarnio et Gudrida cum 100 hominibus, neque tamen diu in Hopo, vix duos menses, commoratos, ceteram turbam petiisse, deindeque hiemem ibi exegisse.* 8) á, *B.* 9) *abest in B.* 10) *abest in B.*

nær hvergi rjóðr i[1]. Ok er þeir hafðu lengi farit, fellr á[2] af landi ofan or austri ok í vestr; þeir lögðu inn í árósinn, ok lágu við hinn syðra bakkann.

Víg þorvalds Eiríkssunar[3].

13. þat var einn morgin, er þeir Karlsefni sá fyrir ofan rjóðrit [flekk nokkurn[4] [sem glitraði[5] við þeim, ok æptu þeir á þat; þat rærðist, ok var þat Einfætíngr, ok skauzt ofan [á þann árkakkann, sem þeir lágu við. þorvaldr, Eiríks son rauða, sat

ingen aabne Pladser deri. Og da de havde seilet længe, løb der en Flod ned fra Landet fra Øst mod Vest; de lagde ind i Flodmundingen og laae ved den söndre Bred.

Thorvald Eriksöns Drab.

13. Det hændte sig en Morgen at Karlsefne og hans Folk saae ovenfor en aaben Plads i Skoven en Plet, som glindsede imod dem, og de raabte derimod; det rørte sig, og det var en Eenfoding, som derpaa skød sig ned til den Flodbred, ved hvilken de laae. Erik

erant in conspectu incultæ sylvæ, nullo fere loco arboribus vacuo; cumque diu provecti essent, fluvius ex terra devolvebatur ab oriente in occidentem; ostium ingressi, navem ad ripam australem constituerunt.

Cædes Thorvaldi Eiriki filii.

13. Accidit mane quodam, ut Karlsefniani supra locum sylva vacuum conspicerent maculam aliquam, adversum eos splendentem, quæ inclamantibus illis movebatur; hic unipes[a] erat, qui in ripam fluvii, ad quam con-

1) *abest in B.* 2) *abest in B.* 3) *Nulla capitum divisio in B.* 4) flokk mikinn, *nebulam ingentem, H.* 5) svo sem glitaði, *id., B.*

a) *Einfætingr*, qui unum pedem habet, unipes, ab *einn*, unus, et *fótr*, pes. In hac relatione nihil portentosum est, uti Torfæus vult; peculiaris enim vestitus eam speciem indigenis præbuit, ex qua Normanni inducti sint credere, eos unum tantum pedem habere. Hominem fuisse, luculenter apparet ex eo, quod Thorvaldum sagitta trajecit, veteresque Grænlandos credidisse, hominem fuisse, versus testantur, in quibus eorum aliquis hunc mirificum hominem appellat. Verum tamen credidisse Boreales, esse tales unipedes homines, aliunde quoque notum est. Sic in libro vetusto *Rimbegla*, sive Rudimento computi ecclesiastici et annalium veterum Islandorum, in quo continentur chronologica, geographica, astronomica, geometrica, theologica, nonnulla ex historia universali et naturali rariora, ed. Steph. Björnonis, Hafn. 1780, Partis III, cap. X, § 37 pag. 344, descriptio reperitur populi hoc nomine in Blalandia (Æthiopia s. Africa), tali modo: „*Einfætingar hafa svá mikinn fót við jörð, at þeir skyggja sèr með honum*

írsku. Brátt kom til þeirra svâ mikit fjölmenni, at þat skipti mörgum hundroðum; þessir[1] [menn veittu þeim atgaungu, ok[2] tóku þá alla[3] höndum, ok [færðu þá í bönd[4], ok [ráku þá[5] á land upp. Þar[6] voru þeir á mót eitt færðir, ok dæmt um þá; þat skildu þeir, at sumir vildu at þeir væri drepnir[7], en sumir vildu, at [þeim væri[8] skipt [á vistir[9], ok væri[10] þjáðir. Ok er þetta var kært, sá[11] þeir, hvar reið flokkr mikill[12], ok var þar borit merki í flokkinum; þóttust þeir[13] vita, [at þar mundi vera höfðíngi í flokki þeim[14]; [en er flokkr þessi kom[15] þángat[16] at, sá þeir, at undir merkinu[17] reið maðr mikill ok garpligr[18], ok var þá mjök

der en saa stor Mængde til dem, at det udgjorde mange Hundrede. Disse Mænd anfaldt dem, grebe dem alle, og bandt dem, og dreve dem op paa Land. Der bleve de førte til en Forsamling, for at dömmes; de forstode saa meget, at nogle vilde at de skulde dræbes, men andre vilde, at de skulde fordeles i Bygderne og gjöres til Trælle. Og medens dette blev forhandlet, saae de, hvor der red en stor Flok, i hvilken der bares et Banner; de troede da at kunne vide, at der maatte være en Høvding i denne Flok; men da denne Flok kom did, saae de, at under Banneret red en stor og anseelig Mand, som da var meget til Alders og hvid af Haar. Alle de Til-

cognoverunt, eos vero lingva potissimum Irica (Hibernica) uti putarunt. Brevi tempore ad eos tantus confluxit hominum numerus, ut multas efficeret centurias; hi, illos aggressi, omnes advenas manibus prehensos vinculis constrinxerunt, eosque deinde in terram compulerunt. Deinde in conventum quendam deducti sunt, et judicium de iis factum. Hoc intellexerunt, velle alios, ut necarentur, alios autem, ut per vicos divisi servitute adfligerentur. Quæ dum agerentur, ingentem cohortem virorum equis advehi conspexerunt, elato vexillo conspicuam, unde concludebant eidem cohorti principem inesse; quæ cum propius advenit, viderunt sub vexillo

1) þeir, *R.* 2) *om. R.* 3) *om. W.* 4) bundu, *id., R, L;* voru þeir í bönd færðir, *vinculis constricti sunt, W, K.* 5) keyrðir, *compulsi, W;* síðan, *postea, add. R, L.* 6) þá, *tum, R.* 7) þegar, *confestim, add. W.* 8) þeir væri hafðir á land upp ok, *ut in terram ducerentur et, E.* 9) með þeim, *inter se (incolas), W, D.* 10) þeir, illi, *add. R, L, W.* 11) sjá, *R.* 12) manna, *virorum, add. R, L, W.* 13) þá, *tum, add. R, L.* 14) at höfðíngi nokkur mundi vera (var) í flokkinum, *R; om. W.* 15) ok er flokk þenna bar, *R, L, W, M.* 16) *abest in W.* 17) merkjum, *vexillis, W, D.* 18) göfugligr, *venerandum, G, W.*

á efra aldri[1], ok hvítr firir hærum[2]. Allir menn, þeir er[3] þar voru firi, [hneigðu þessum[4] manni, ok fögnuðu sem [þeir kunnu[5]; [fundu þeir þat[6], at[7] þá var þángat skotið öllum ráðum[8] ok[9] atkvæðum [um þeirra mál[10], er[11] hann var. Síðan sendi þessi[12] maðr eptir þeim Guðleifi, ok er þeir komu [firir þenna mann[13], mælti hann [til þeirra[14] á norrænu, ok

stedeværende böiede sig for denne Mand og modtoge ham saa vel som de kunde. De mærkede nu, at alle Raad og Bestemmelser, deres Sag betræffende, henskjødes til hans Afgjörelse. Siden lod denne Mand Gudleif og Fölge komme for sig, og da de kom for denne Mand, talte han til dem paa Nordisk, og spurgte, fra hvilket Land de vare. De sagde

equitare[a] virum, statura ingenti et militari, ætate provectiorem, senioque canum. Qui aderant omnes, hunc virum, summo studio, submissi venerabantur. Mox animadverterunt, tum ad eundem omnia consilia et arbitria circa eorum causam referri. Hic vir Gudleivum ac socios adduci jussit, et coram se comparentes lingua Septemtrionali[b] allocutus, cujates essent,

1) aldr, *R, L.* 2) *sic R, W et pl;* hæru, *C.* 3) at, *W.* 4) hnigu þeim, *R, L, W.* 5) herra sínum, *cev dominum suum, R;* honum sem herra, *eum cev dominum, W, D, P.* 6) þá brátt, *tum statim, add. R, L.* 7) *ab signo* [*om. W.* 8) *sic R, L;* málum, *C; abest in W.* 9) *om. W.* 10) efni, *id., M; ab signo* [*om. R, L.* 11) sem, *R.* 12) hinn aldræni, *W, D;* hinn aldraði, *annosus, F.* 13) þar, *ibi, W;* þá, *add. R.* 14) við þá, *W.*

a) Vox *ríða* jam sæpissime notat equitare, at nihilominus et magis proprie quidem pluribus gaudet significationibus, ut vehi, in sublimi ferri vel sublimis moveri, irruere, vide Eddæ antiquioris ed. Hafn. II, 761, *Njála* p. 757; sic etiam Olavius in Glossario sui de veterum baptismo syntagmatis p. 58: „*ríð*, *reið*, in altum feror, attollor, it. equo vehor". *Opinamur autem heroa* illum tam propter senilem ætatem, quam magnam inter terræ incolas dignitatem, lectica vel feretro gestatorio a bajulis fuisse portatum, licet non denegemus, Islandos, equis solis sine curru vel feretro vehi solitos, cum senem, incolarum turba cinctum, sublimem vehi viderant, iter eum equo confecisse minime dubitavisse. Est præterea possibile, quod Björn ille (quem ita nominare non hæsitamus) equum, animal sibi optime notum, navi Europæa, vel commercii gratia vel etiam naufragio litori appulsa, Americæ continenti advectum, proprio usui adcommodasset. De Hibernorum in America commerciis vel versatione vide annotationes geographicas.

b) Per vocem *norræna* hic intelligitur Borealis lingua, qua illo tempore totus utebatur Septentrio, videlicet *Dania, Succia, Islandia, Grœnlandia*, insulæ Færeyenses, Orcadęs, Hetlandia, Hebudes, et partes insuper nonnullæ Angliæ et Scotiæ; hoc idioma in antiquis nostratium scriptis, ut e. gr. in vetustissimo legum Islandicarum codice *Grágás* dicto, vocatur „*dönsk túnga*", lingua Danica; cum autem ad nostrum usque ævum in proprio priscæ borealis historiæ domicilio, Islandia, sine ulla fere immutatione sit servata, istud nunc sæpissime Islandica lingua nuncupatur.

32

spurði[1], hvaðan [þeir væri af löndum[2]. þeir sögðu honum[3], at þeir voru flestir íslenzkir. þessi maðr spurði, hverir þeir[4] væri, [er íslenzkir voru. Guðleifr sagði, at hann var íslenzkr; kvaddi hann þá þenna enn gamla mann[5]; en hann tók [því vel[6], ok spurði[7], hvaðan [af Íslandi hann væri[8]. [Hann[9] sagði, at hann var[10] or hèraði því er heitir Borgarfjörðr[11]. [þá spurði hann, hvaðan or Borgarfirði hann væri, en Guðleifr sagði sem var[12]. Eptir þetta[13] spurði [þessi maðr nær[14] [eptir hverjum enna stærri manna[15] or Borgarfirði eða[16] Breiðafirði; ok er þeir [töluðu þetta[17], [spurði hann [vandliga eptir

ham, at de fleste af dem vare Islændere. Denne Mand spurgte, hvilke de vare, som vare Islændere. Gudleif sagde at han var en Islænder; han hilste da denne gamle Mand, men han optog det vel, og spurgte, fra hvad Kant af Island han var. Han sagde at han var fra det Herred, som hedder Borgarfjord. Da spurgte han, fra hvilket Sted i Borgarfjorden han var, men Gudleif sagde det, som det var. Derefter spurgte denne Mand næsten om enhver af de anseeligere Mænd i Borgarfjorden og Bredefjorden; og da de talte herom, spurgte han nöiagtig ud om alle Ting, først om Snorre Gode

interrogavit. Illi maximam sui partem Islandos esse responderunt. Hic vir quæsivit, quinam ex iis Islandi essent. Dixit Gudleivus, se Islandum esse, hunc virum senem salutans, quod ille benigne accepit, et ex qua Islandiæ parte esset, interrogavit. Is se ex eo pago, qui Borgarfjördus dicitur, esse profitebatur. Interrogavit ille, quem in Borgarfjördo locum inhabitasset, ad quod Gudleivus vera respondit. Postea vir iste de singulis fere omnibus in Borgarfjördo et Breidafjördo viris clarioribus perquisivit; et in his diligenter de quavis materia, in

1) spyrr, *R.* 2) af löndum þeir voru (væri), *R, W.* 3) *om. W.* 4) þar, *ibi, W.* 5) *ab signo* [þessir íslenzku menn; gekk Guðleifr þá fyri þenna mann, ok kvaddi hann virðuliga, *quinam essent hi Islandi; tum Gudleivus coram progressus, hunc virum honorifice salutavit, Rβ;* hinir íslenzku; gekk Guðleifr þá fram, ok kvaddi hann, *W.* 6) vel kveðju þeirra, *salutationem eorum bene, W.* 7) *add. R, W.* 8) af Islandi þeir væri, *essent, R;* hann væri ættaðr, *oriundus esset, W.* 9) Gudleifr, *L.* 10) *ab signo* [Hann sagðist vera, *W.* 11) *ab signo* [Hann sagði: úr Borgarfirði, ok þeir svá fleiri, *ex Borgarfjördo, inquit, et indidem eorum plures, E;* þeir sögðu: úr Borgarfirði, *ex Borgarfjördo, responderunt, Rβ, L.* 12) *om. R, L, W.* 13) þat, *R, W.* 14) nær, *om. W;* hann vandliga, *is diligenter, R.* 15) eptir sèrhverjum hinna stærri manna, *id., R, J, M, O;* at öllum hinum stærstum mönnum, *de omnibus clarissimis viris, W, N, P.* 16) ok, *et, R.* 17) áttu þetta at tala, *id., W.*

öllum hlutum, fyrst[1] at[2] Snorra goða ok at Þuríði [frá Fróðá[3], systur hans, ok[4] [mest at[5] Kjartani, [syni hennar[6]. [Landsmenn kölluðu[7] í [öðrum stað[8], at nökkuð ráð [skyldi gjöra[9] firi skipsögninni[10]. Eptir þat gekk þessi maðr enn mikli í braut frá þeim, ok nefndi með sèr XII menn af sínum mönnum, ok sátu þeir lánga stund[11] á tali[12]. [Eptir þat[13] gengu þeir til mannfundarins[14]; ok þá [mælti sá enn mikli maðr til þeirra Guðleifs[15]: [vèr landsmenn höfum[16] [talazt við nökkuð um mál yðvart[17], ok hafa landsmenn[18] nú gefit mál yðvart [í vald mitt[19], en ek vil nú gefa yðr fararleyfi þángað[20] sem þèr vilið[21] fara[22]; en þótt yðr

og om hans Søster Thuride paa Frodaa, og mest om hendes Sön Kjartan. Landets Indbyggere raabte paa den anden Side, at der skulde tages nogen Bestemmelse om Skibsmandskabet. Efter det gik denne store Mand bort fra dem, og nævnte tolv af sine Mænd med sig, og de sade lang Tid i Beraadslagning. Derefter gik de til Folkemødet, og da sagde den gamle Mand til Gudleif: „Jeg og Landets Indbyggere have talt noget sammen om eders Sag, og have Indbyggerne overgivet eders Sag til min Afgjörelse; men jeg vil nu give eder Lov til at reise hvorhen I ville; men skjönt det synes eder nu at Somme-

primis de Snorrio pontifice et Thurida Frodaënsi, sorore ejus; et maxime de Kjartane, filio ejus. Altera ex parte incolæ, ut nautis aliquo modo provideretur, postularunt. Postea ingens ille vir ab eis discessit, duodecim viros ex suis legit, atque cum his diu collocutus est. Deinde regressi in conventum sunt. Tum vir ille ingens Gudleivo ejusque sociis: nos, inquit, conterranei de rebus vestris nonnihil disputavimus, atque jam incolæ rem meo permiserunt arbitrio, ego vero vobis nunc veniam concedam eo proficiscendi, quò concedere cupitis; et quamvis vobis

1) *a posteriore signo* [*om. R, L, W.* 2) eptir, *id., R, L; a priore signo* [tók hann at spyrja at, *quærere incepit, W.* 3) *om. W.* 4) hann spurði vandliga eptir öllum lutum frá Fróðá ok, *quæsivit diligenter de rebus domesticis singulis Frodaensibus, et, add. R;* eptir þat spurði hann vandliga frá Fróðá, *postea de Frodaa diligenter quæsivit, W.* 5) *om. W;* sveininum, *adolescente, add. R, L, W.* 6) *om. R, L, W;* er þá var þar bóndi, *qui tum temporis ibi familiam regebat, add. W;* er þ v. b. at Fróðá, *Frodaæ, add. R, L.* 7) Menn höfðu viðleitni, *conati sunt, M, F.* 8) öðru lagi, *W, D.* 9) væri gert, *W.* 10) skipshöfninni, *R, L;* skipsögunni, *D.* 11) hríð, *R, L, W, M.* 12) einmæli, *cum his solis collocutus est, W, D, N, K, P.* 13) en er þat þraut, *quo colloquio finito, W, D, K, N, P.* 14) fundarins, *conventum, W,* mannfjöldans, *multitudinem, E.* 15) tók sá hinn mikli maðr til orða, *W.* 16) hèr höfum vèr landsmenn, *W.* 17) talat nokkut yðart mál, *R;* talat um hagi yðra, *de conditione vestra disputavimus, W, D, K.* 18) þeir, *W.* 19) á mitt vald, *W.* 20) þannig, *id., W.* 21) nú, *nunc, add. Rβ.* 22) *om. W.*

þikki nú[1] mjök[2] áliðit sumarit, þá vil ek [þat ráð gefa[3] yðr, at þèr leitið[4] í braut hèðan[5], þvíat hèr er fólk ótryggt[6] ok íllt viðreignar[7], en þeim þikkja áðr brotin lög á sèr. Guðleifr svarar: hvat skulu (vèr) tilsegja, [ef oss verðr auðit at koma til [áttjarða vorra[8], hverr oss hafi gefit frelsi þetta[9]. Hann svarar: þar[10] man ek yðr ekki af[11] segja, þvíat ek ann eigi þess frændum mínum eða[12] fóstbræðrum, at þeir hafi híngað þvílíka[13] ferð, sem þèr myndut[14] hafa, ef þèr nytið eigi mín við; en nú er svâ komit aldri mínum, [sagði hann[15], at þess[16] er á aungri stundu örvænt, [at ellin stígi[17] yfir [höfuð mèr[18]; en [þótt ek lifa[19] enn um

ren er næsten forbi, saa vil jeg dog raade eder, at I drage herfra; thi her er Folket ikke til at troe og ondt at have med at gjöre, og de troe derhos, at der er skeet Brud paa Loven til deres Skade." Gudleif svarede: „Hvad skulle vi sige, hvis Skjæbnen forunder os at komme til vort Fødeland, hvo der har givet os Friheden?" Han svarede: „Derom underretter jeg eder ikke; thi jeg synes ikke om, at mine Frænder og Fostbrødre skulle gjöre en saadan Reise hertil, som I vilde have gjort, dersom I ikke havde nydt godt af min Bistand; men nu er min Alder rykket saa vidt frem, at jeg kan vente hver Time, at Alderdommen faaer Bugt med mig; og om jeg kunde leve endnu

æstas jam adulta videatur, tamen consulo vobis, ut hinc discedatis; hic enim populus male fidus est et tractatu difficilis, se vero jure suo privatum existimat. Gudleivus contra: quid dicemus, si nobis in patriam redire contigerit, quis hac libertate nos donaverit? Ille respondit: hoc vobis non aperiam, non enim ferre possum, ut mei consanguinei et coalumni huc tale faciant iter, quale vos fecissetis, nisi meo beneficio usi essetis; mea autem ætas eo pervenit, inquit, ut quavis hora expectandum sit, senectutem me oppressuram. Etsi vero paululum adhuc vivam, tamen sunt hac in terra viri me potentiores, quamvis huic loco, ad quem appu-

1) *om. W.* 2) *om. M, F.* 3) þó þat ráða, *Rα, L*; þó ráða, *Rβ*; þat ráða, *W.* 4) látit, *R, L.* 5) snarliga, *cito, add. G, M, O.* 6) útrútt, *R, L, W.* 7) *sic R, W*; viðeignar, *C.* 8) ættjarða v., *R, L*; ættjarðar vorrar, *E*; á ættjörð vora, *J*; *a priore signo* [þá er vèr komum til vàrs lands, ef þess verðr auðit, *quando in patriam nostram pervenimus, si contigerit, W.* 9) *om. R, L, W.* 10) þat, *R, L, W.* 11) *om. R, L, W.* 12) ok, *et, R, L, W.* 13) slíka, *W.* 14) haft, *add. R, L.* 15) *om. W.* 16) þat, *R.* 17) nær elli stigr, *R, L.* 18) mik, *W, D.* 19) þó at ek lifi, *Rα, L.*

stund[1], þá eru hèr[2] enn[3] ríkari menn aðrir[4] en ek, [þeir er[5] lítinn frið munu[6] gefa[7] útlendum mönnum, [ef koma[8], þótt þeir sè eigi [hèr nú nálægir[9], sem þèr eruð atkomnir. Síðan[10] lèt hann[11] búa skipit[12] með þeim, ok [var þar við, til þess er byr kom, sá er þeim var hagstæðr[13] út at taka. En áðr þeir [Guðleifr skildu, tók[14] þessi maðr gullhríng[15] af hendi sèr, ok fèkk[16] í hendr Guðleifi, ok þarmeð gott sverð; síðan mælti hann til Guðleifs: ef þèr verðr auðit [at koma[17] til Íslands[18], þá skaltu færa sverð þetta Kjartani, bónda[19] at Fróðá, en hrínginn Þuríði, [móður hans[20]. Guðleifr sagði[21]:

en Tid, da ere her endnu mægtigere Mænd end jeg, som kun ville tilstaae Udlændinger, som komme hid, liden Fred, skjönt de ikke ere nu her i Nærheden, hvor I ere landede." Siden lod han deres Skib gjöre i seilfærdig Stand, og var der hos dem, indtil der reiste sig en Bör, der var dem beleilig til at afseile med. Men förend de skiltes, trak denne Mand en Guldring af sin Haand, og overleverede den til Gudleif og tillige et godt Sværd; derpaa sagde han til Gudleif: „Hvis Skjæbnen forunder dig at komme til Island, da skal du bringe dette Sværd til Bonden Kjartan paa Frodaa, men Ringen til hans Moder Thuride." Gud-

listis, nunc non vicini, qui exteris hominibus, hic advenis, pacem ægre concedent. Deinde idem vir navem instruendam curavit, ipseque eo loco adfuit, donec secundus adspiraret ventus, solventibus e portu idoneus. Ante vero quam digrederentur, hic vir detractum manui annulum aureum Gudleivo in manus tradidit, simulque ensem eximium, quo facto ad Gudleivum locutus est: si dabit fortuna, ut in Islandiam pervenias, hunc gladium tradas Kjartani[a], hero Frodaënsi, annulum vero Thuridæ, matri ejus. Gudleivus inquit: quid dicam, qui eis has pretiosas res miserit? Ille re-

1) stundar sakir, *R*; hríð, *W*. 2) á landi, *hac in terra*, *add.* *R*, *L*, *M*, *W*, *F*. 3) *om.* *R*, *L*, *W*. 4) *om.* *R*, *L*, *W*. 5) sem, *Rβ*; at, *Rα*, *L*. 6) mundu, *M*. 7) unna, *D*, *F*; bjóða, *offerent*, *P*, *Q*. 8) ef hèr kunna at koma, *W*, *D*, *F*; *om.* *R*. 9) híngat nálægir, *R*, *L*; nú híngat nær, *W*, *D*, *K*; hèr nú nær, *P*; híngat kvaddir, *huc vocati*, *J*. 10) Eptir þat, *W*. 11) þessi maðr, *hic vir*, *R*, *W*. 12) skip, *W*. 13) hægt út at taka, *F*, *G*, *M*; *ab signo* [þvínæst rann byrr af landi, sá er þeim var góðr, *deinde ventus e terra iis secundus surrexit*, *W*, *K*, *P*. 14) skildust, dró, *W*. 15) hríng, *annulum*. *W*. 16) fær, *R*. 17) *om.* *W*. 18) fóstrjarðar þinnar, *patriam tuam*, *R*, *L*, *W*. 19) bóndanum, *R*, *W*. 20) húsfreyunni at Fróðá, *matrifamilias Frodaæ*, *M*. 21) mælti, *R*.

a) Kjartan memoratur in Landn. P. 2. C. 27. p. 110; cf. supra pag. 230-233.

hvat skal ek tilsegja[1], hverr þeim sendi [gripi þessa[2]? Hann svarar: seg[3], at sá sendi[4], er[5] meiri vin var[6] húsfreyunnar[7] at Fróðá en goðans at Helgafelli, bróður hennar; en ef nökkur [maðr[8] þikkist[9] vita[10], hverr [gripi þessa[11] hefir átta[12], þá seg þessi[13] mín orð, at ek banna hverjum manni [at leita á minn fund[14], [því at þat er en mesta úfæra[15], nema mönnum[16] takist [þann veg[17] giptusamliga um landtöku, sem þèr[18] hefir tekizt; en hèr er[19] land [vítt ok[20] íllt til hafna, en allstað-

leif sagde: „Hvad skal jeg sige om, hvo der sender dem disse Kostbarheder?" Han svarede: „Siig, at den sender dem som var en bedre Ven af Huusfruen paa Frodaa end af Goden paa Helgafell, hendes Broder; men hvis nogen Mand tykkes vide, hvo der har eiet disse Kostbarheder, da siig disse mine Ord, at jeg forbyder enhver at drage til mig, thi det er den farligste Færd, naar det ikke netop gaaer Folk saa heldigt med Landingsstedet, som det er gaaet eder; men her er Landet stort og har kun faa Havne, og

spondet: dic, mittere eum, qui matrifamilias Frodaënsi amicior fuit, quam fratri ejus pontifici Helgafellensi[a]. Si quis autem inde intelligere sibi videatur, quis has pretiosas res possederit, hæc mea verba referas, vetare me, ne quis in congressum meum petat, id enim iter impeditissimum est, nisi aliis æque ac vobis fortunate adpulsus cesserit; hæc regio ampla et importuosa est, peregrinisque hominibus pericula ubique ab incolis imminent, nisi res cadat, ut modo vobis cecidit. Post hæc digressi sunt. Gud-

1) segja, *W.* 2) gorsimar þessar, *W, D.* 3) þat — satt er, *quod verum est, add. W, F, P.* 4) *om. W.* 5) at, *Ra, L.* 6) *om. W.* 7) *sic Ra, β;* húspreyunnar, *W;* hústrúnar, *C.* 8) *om. R, L, W, M.* 9) þaraf, *ea re, add. R, L;* af þessu, *id., W.* 10) ráða, *W, D; ab signo* [vill vita eðr forvitnast eptir, *conjiciat sive exploret, E.* 11) gripina, *W, N.* 12) átt, *W.* 13) *sive* þau, *C, R, W.* 14) á minn fund at fara, *R, L.* 15) úkunnigum mönnum, *hominibus ignaris, add. M, G; ab signo* [því hèr er hinn mesti ófriðr, *hic enim quam maxime infestum est, R, L.* 16) þeim, *R, L; om. W.* 17) *om. W.* 18) yðr, *vobis, R, L, W.* 19) ok, *etiam, add. R. et pl.* 20) *om. R, L.*

a) Snorrius pontifex fuit filius Thorgrimi Thorsteinis filii et Thordisæ Arii filiæ. Thordisa deinde nupsit Börko Crasso, eorum filia erat Thurida, quæ Thoroddo Tributi-emtori nupsit; eadem, ut ex præcedentibus conjicere est, ex Björne Breidvikensium athleta filium Kjartanem genuit, qui postea Frodaæ habitavit, quamvis hic in Landnama filius Thoroddi nominetur. Natus est Snorrius pontifex, sec. annales, anno 964, decessit 1031, unde apparet, res in hoc capite descriptas incidere in initium sec. 11mi ante 1030.

ar[1] ráðinn ófriðr útlendum mönnum, nema svâ [berist at[2], sem nú [hefir yðr orðit[3]. Eptir þetta [lètu þeir[4] Guðleifr í[5] haf, ok tóku Írland síð[6] um haustit, ok voru[7] í Dýflinni um vetrinn. [En um sumarit eptir[8] sigldu þeir[9] til Íslands; færði Guðleifr þá[10] af höndum [gripi þessa[11]; ok [hafa menn[12] þat firir satt, at þessi maðr hafi[13] verit Björn Breiðvíkingakappi; [en engi sannindi önnr hafa menn [til þess, en þessi[14] sem[15] nú voru sögð[16].

alle Steder kunne Udlændinger vente Ufred, naar det ikke træffer sig saaledes som det nu er gaaet eder. Efter dette gik Gudleif med sine Folk i Søen, og de landede paa Irland silde om Høsten, og vare i Dublin om Vinteren. Men om Sommeren efter seilede de til Island, og Gudleif afleverede da disse Kostbarheder; og Folk holde det for vist, at denne Mand har været Björn Breidvikingernes Kæmpe, og ingen andre paalidelige Efterretninger har man til Bekræftelse heraf end de som nu ere anførte.

leivus cum suis in altum solvit, et hoc autumno ad Irlandiam appulit, hiememque Dublini transegit. Æstate vero sequenti in Islandiam vela dederunt, tumque Gudleivus de manu hæc cimelia tradidit; eo jam pro certo habito, hunc virum fuisse Björnem Breidvikensium athletam; nulla autem de eo certa fama allata est, iis exceptis quæ modo relata sunt.

1) hvarvitna, *W*; hvervetna, *D, F, P*. 2) beri til, *R*; takist, *W*. 3) *ab* [hèr, *W*. 4) skildu þeir; lèt, *digressi sunt, solvit, R, L*; sigldu þeir, *navigarunt, W*. 5) á, *W*. 6) *om. W*. 7) þar, *ibi, add. W*. 8) eptir, *om. R, L*. 9) *ab signo* [en fóru um sumarit eptir, *sequente autem æstate profecti sunt, W*. 10) *om. W*. 11) gripina, *R, L, W*. 12) höfðu allir, *omnes habuerunt, R, L, M, F*. 13) *vel* hafði, *C*. 14) þau, *W*. 15) er, *W*; ■ *posteriore signo* [spurt til hans, nema þau er, *de eo resciverunt, quam quæ, R, G, M, F*. 16) ok önnr sannindi hafa menn eigi spurt til hans, nema þessi, *id., L*; ok eigi vita menn neitt af honum at segja annat en þetta, *P, Q*.

VI. EXCERPTA EX ANNALIBUS ISLANDORUM.

Ad insignem illam laudem, quam Islandi egregiis historiis conscribendis sunt promeriti, accedit etiam hoc, quod magnum studium collocarunt in annalibus conficiendis, quorum haud exiguum nobis numerum reliquerunt. Celeberrimis doctis viris, Sæmundo et Ario Polyhistori, qui exeunte se-

culo 11mo et ineunte 12mo floruerunt, absque dubio primo debentur annales, ab aliis deinceps continuati; quæ laude digna consuetudo ad hunc usque diem tenuit, cum multis Islandiæ locis scripta annalia, ad nostram usque ætatem continuata, reperiantur. Quorum permulta, sæpius exscripta, cum librariorum incuria haud parum, ut vero est simile, depravata sint: non potest non magnam adferre antiquitatum fautoribus voluptatem, quod haud pauci ab antiquioribus temporibus conservati sunt libri annales eximii, qui aut sunt autographi, aut summa diligentia exscripti esse videntur. In his occurrunt nonnulla, rem nostram illustrantia, tanti momenti, ut amissarum accuratiorum relationum triste relinquant desiderium, ademtamque recuperandi facultatem deplorare nos faciant. Hoc nomine in censum veniunt sequentes annales, quorum paucissimi cum hactenus neque typis excusi, neque examinati aut commemorati sint, copiosius de his disserendum videtur: 1) *Annales Islandorum Regii (R)*. Hi annales in egregio reperiuntur codice membranaceo, qui primo ab Arna Magnæo, et deinde ab Langebekio Regius appellatus fuit, ex eoque annales Regii, eo quod jam tunc ad Bibliothecam Regiam pertinuit, olim vero in tabulario Regio asservatus. Commendat hos annales tam ipsius codicis conditio, quam ea diligentia, qua confecti sunt, totiusque operis integritas. Pertinent ab Julio Cæsare ad nativitatem Christi, indeque porro ad annum 1328, in quo desinunt. Ab initio usque ad annum 1307 una eademque eleganti manu scripti sunt; post hunc annum continuati sunt manu minus quidem eleganti, ejusdem tamen fermè ætatis. Cum talem præferant titulum: „Incipit libellus, continens aliqua contingentia a tempore Julii Cæsaris usque ad annum quintum imperii Frederici Primi", haud sine ratione statui posse videtur, auctorem primarium usque ad annum postremo memoratum vixisse, annalesque ad annum 1156 deduxisse. Hoc opus deinde ea diligentia, quæ vel titulum servaverit, ab alio exscriptum est, qui annales continuavit et ad sua usque tempora ad annum 1307 deduxit, ad hanc enim ætatem apographum esse referendum, omnia argumenta suadere videntur. Editi sunt hi annales in Langebekii Script. Rer. Dan. T. III, p. 1-135. 2) *Annales vetustissimi (V)*, sic ab Langebekio dicti. Hi reperiuntur in egregio codice membranaceo, num. 415, qui, ut existimat Arnas Magnæus, initio

seculi 14ti scriptus est. Incipiunt ab anno nati Christi et pertinent ad annum 1313, lacunam tamen in medio habentes ab anno 1000 ad annum 1269. Cum annales in anno 1313 desinant, neque longius deducti sint, magnam habet probabilitatem, codicem autographum esse. Editi sunt ab Langebekio in Scriptoribus Rer. Dan. T. II, p. 177-199. 3) *Skálholts annáll hinn forni (S)*, Annales Skalholtini vetusti. Hæc sunt octodecim folia in 4to vel Folio minore, scripta medio seculi 14ti, manu in primis eleganti, num. 420c in 4to. Ita dicti sunt ab episcopo Brynjulvo Sveinsonio, qui medio seculi 17mi vixit, collectionemque annalium Islandorum curavit, eo quod ad sedem episcopalem Skalholtinam asservati sint. Initium annalium, qui haud dubiè ab nato Christo inceperunt, abruptum est; quod adhuc exstat, incipit ab anno 140 et ad annum 1356 pertinet, in quo annales desinunt, nunquam longius continuati, quod ex ultimi folii pagina novissima, quæ pura est, cognoscitur. Perierunt horum quoque annalium folia media, quæ annos 1013 ad 1180, ut et annos 1265 ad 1272½ continuerunt. 4) *Lögmanns annáll*, Annales Prætoritii (*L*), decem folia membranea, in Fol. num. 420a, ita ab episcopo Brynjulvo Sveinsonio appellata. Pars prima interiit; quod adhuc restat ab anno Christi 272 ad 1392 pertinet, uno deperdito folio, annos 460 ad 656 continente. Cum his annalibus congruit recentior membrana in 4to, num. 420d, quam Mag. Brynjulvus Sveinsonius nominavit *Skálholts annál hinn nýa*, Annales Skalholtinos recentiores. Initium abesse videtur, nempe ab anno nati Christi ad annum 69; incipiunt ab anno 70 et pertinent ad annum 1430. Hos utrosque annales Arnas Magnæus conjunxit in apographo, ab eo confecto, num. 427 in 4to, ita, ut Annales Prætoritii, quantum pertineant, fundamenti loco positi sint, addita ex Annalibus Skalholtinis lectionum varietate. Prope ad hos accedit codex manuscriptus chartaceus, num. 417, qui incipit ab anno mundi 3916 et pertinet ad annum 1427 p. Chr. n. 5) *Annales Reseniani (Res.)*, num. 424 in 4to, ita dicti, quod in possessionem venerant Resenii, Consiliarii Status ac Professoris, de literis Islandicis bene meriti. Codex membranaceus, ad cujus exemplar hi annales exscripti sunt, autographus fuisse videtur, scriptusque quo annales desinunt anno. Hunc codicem Arnas Magnæus annis junioribus exscribendum curaverat, cum vero eum

33

sublestioris fidei judicaret, exscriptum, ne quem seduceret, discidit, atque summa accuratione hoc apographum confecit. In initio horum annalium haud pauca desiderantur; incipiunt ab anno 228, pertinent ad annum 1295. Finis deesse videtur, tamen haud longius quam ad annum 1303 descenderunt, nam præcedenti nomenclaturæ pontificum Romanorum eadem manu, qua descripta est ultima pars ab anno 1283, addita sunt nomina Honorii IV, Nicolai IV, Celestini V, Bonifacii VIII, unde sequi videtur, auctorem annalium nullum pontificem Romanum post Bonifacium cognovisse. 6) *Annales Flateyenses* (*F*), ita dicti, quod in Codice Flateyensi reperiantur, pertinent a mundo condito ad annum Christi 1395, scripti, ut supra memoratum, ab sacerdote Magno Thorhalli filio. 7) *Annales Holenses* (*H*), ita dicti, quod eos Torfæus ab sede episcopali Holis nactus est; hos anno 1689 Arnæ Magnæo donavit, in cujus collectione nunc reperiuntur sub num. 412, forma 4ta. Pertinent ab anno 636 ad annum 1394. 8) *Annales Grœnlandici* (*G*), confecti a Björne Jonæo Skardsaënsi, insertique ad calcem ejus ita dicti *Grœnlands annáll*, sub titulo: *Stuttligir ágrips annálar um Grœnland í vissu ártali* i. e. brevis epitome annalium de Grœnlandia, ad certos annos redacta. Pertinent ab anno 986 ad annum 1461, in quo desinunt.

In vetusto scripto *Rímbegla*, sive Rudimento computi ecclesiastici veterum Islandorum, ed. St. Björnonis, Hafn. 1780, p. 320, Eirikus, tanquam primus Grœnlandiæ episcopus, nominatur. Is præterea in vetustissima *Landnáma* (Lib. I cap. 13), ab ipso Ario Multiscio elaborata, vocatur *Grœnlendinga biskup*, episcopus Grœnlandorum. In hac Eiriki profectione Vinlandica nullam nominum *Vínland* et *Vinnland* sive *Vindland*, permutationem posse locum habere, patet ex verbis, „*fór at leita*", quæ de profectione ad terram eo tempore satis notam propriè adhiberi non potuissent, ut de profectione ad Vindlandiam sive Pomeraniam, cujus situs præterea non is fuit, ut ab Grœnlandia facile potuerit indagari. De eventu hujus profectionis, ad novas terras indagandas instituti, nihil nobis constat, verum repertam fuisse ab Eiriko terram, testari videtur tum vocabulum, „*leitaði*", perquisivit, tum in primis hoc, quod res non visa fuisset id momenti habere, ut in omnibus vetustissimis et maxime

præcipuis annalibus commemoratione digna censeretur, nisi quæsita terra inventa fuisset. Cum auctor primarius Annalium Regiorum anno 1156 vixerit, qui annus tricesimus quintus est post eum annum, ad quem consensu omnium annalium hæc profectio refertur, ipsi Eiriko episcopo, si non æqualis, tamen ætate proximus fuit. Diversæ locutiones, quibus in hoc evento commemorando utuntur annales, testantur, unum ex altero non exscriptum esse, qua re fides rei historica haud parum confirmatur.

Cetera quoque duo eventa, ad annos 1285 et 1288 et sequentes commemorata, notatu dignissima sunt, et dolendum sanè, quod relationes nullam ampliorem de his profectionibus illustrationem nobis reliquerunt. Auctor Annalium Regiorum vixit 1307, Annalium vetustissimorum 1313. Fuerunt itaque harum rerum æquales, quas diversis quidem verbis commemorant, quas vero cum Annalibus Grœnlandicis ac Torfæo (Histor. Norvag. T. IV pag. 374) pro uno eodemque evento habere volumus, ut adeo heic et situm teneamus terræ occidentem versus ab Islandia, quæ non possunt esse nisi pars quædam Americæ Septemtrionalis, et nomina ducum, qui huic profectioni indagandi causa institutæ præfuerunt. Quin nos ulterius, quam Torfæus, progredimur, cum statuamus, conservatum in Annalibus Skalholtinis et Prætoritiis exstare nomen, quo indagatæ terræ cev insulæ fuerint appellatæ, *Dúneyjar* i. e. insulas plumiferas, ita dictas ob magnam illam mollium plumarum copiam, quæ ibi inventa sit. Apparet, nomine *Dúneyjar* non significari insulam *Dúney* extra Helgelandiam, in hodierna Nordlandiæ præfectura Norvegiæ, quæ proxime ad Thjottam adjacet, ubi habitavit Harekus de Thjotta, ex historia regis Olavi Tryggvii filii notissimus. Fratres, Adalbrandus ac Thorvaldus, sacerdotes fuerunt in Islandia, gravibus illis controversiis impliciti, quæ eo tempore inter Eirikum Cleri-osorem, regem Norvegiæ, et clericos invaluerant, quæque in Islandia in primis inter Rafnem Oddsonium, præfectum regium, et Arnium Thorlaksonium, episcopum Skalholtinum, extiterunt. Pater eorum, Helgius, fuit filius Lamtkaris, sive, ut alii malunt, Lambkaris, abbatis Hitardalensis, qui mortuus est anno 1249. De Adalbrando memorat Historia episcopi Arnii (vide editionem Historiæ Sturlæorum, curatam ab Societate Literaria Islandica, IV, p. 28, 29, 32,

100, coll. Finni Johannæi Hist. eccl. Isl. T. II, p. 12), eum anno 1277 ad convivium, Mödruvallis celebrandum, quo permulti Islandiæ principes convenerant, Eyris venisse cum mandatis domini regis Magni, quibus a principibus cognitis, joci ergo jactatum esse, advenisse secunda vice Thangbrandum ad christianam religionem in Islandia annuntiandam. Adalbrandus perpetuo honore et auctoritate floruit, et, secundum Annales Flateyenses, mortuus est anno 1286. Thorvaldus, fratri diu superstes, aliquamdiu præpositus fuit ecclesiarum Vestfjördensium in Islandia, et ab Rafne Oddsonio perpetuo odio est insectatus; deinde moribus ad vitia conversis, sine venia peregre profectus est, facto vero ad insulas Færeyenses naufragio, in Norvegiam est deportatus, ubi misero rerum suarum statu obiit; vide Historiam Sturlæorum (*Sturlúnga-Saga*) IV, p. 84, 93, 97, 98, 100-102, 108-109, 112, 122.

Ipso anno 1285 Rafn Thorvaldum acerrime insectatus, literas ad Arnium episcopum dedit, in quibus inter alia hæc sunt: *vitit þat til viss, meðan ek hefir sýslu af Noregs konúngs hendi í Vestfjörðum, skal Þorvaldr eigi hafa prófastsdæmi, ok eigi heldr staðinn í Holti, nema hann verði ríkari en ek*, id est, „pro certo scitote, quod quamdiu ego Regis Norvegiæ nomine præfectura quartæ occidentalis fungar, Thorvaldus nec Præpositus erit, nec præbenda Holtensi fruetur, nisi potentior evadat, quam ego." Idem, cum inveteratum gereret odium adversus Thorvaldum, quod neque hic, nec fratres sui pecunias, quinquaginta argenti selibras, ab ipso in Norvegia mutuatas, non reddiderant, et gratia, qua inimicus apud episcopum valebat, exacerbatus (Hist. Sturl. IV, p. 93), eum necopinato opprimere captivumque ducere studuit; ille vero, ab episcopo admonitus, fuga evasit (vide Finni Johann. Hist. eccl. Isl. II, 26, 30 sq.). Tum absque dubio una cum fratre Adalbrando ad tempus ab Islandia profectus, in hoc itinere unum ex Americæ litoralibus indagavit; cum vero Adalbrandus sequenti anno obiret, Thorvaldusque perpetuo esset controversiis implicitus, terræ indagatæ non amplius sunt ab Islandis frequentatæ.

Citra omnem dubitationis aleam positum esse videtur, regem Eirikum Cleri-osorem, hac Adalbrandi et Thorvaldi profectione adductum, paucis inde annis virum, nomine Rolvum, exinde *Landa*-Rolvum (terrarum quæ-

sitorem) cognominatum, in Islandiam misisse, ut viros, forte sacerdotum modo memoratorum socios, ad novam terram exquirendam compararet. Duxit haud dubie Rolvus navem longam, quam Annales Skalholtini hoc anno in Islandia fuisse memorant. Quem hæc profectio eventum habuerit, relationes tacent; cum vero Rolvus paucis post annis obierit, intervenientibus controversiis, quibus Eirikus ac successores impliciti fuerunt, accedentibus quoque publicis calamitatibus, res oblivioni tradita est; memorat nempe utrumque apographum Annalium Prætoritiorum, ad annum **1287**: *á þessum tímum komu harðla stórar sóttir, vetr margir í samt, ok manndauði, ok sultr eptir þat*, i. e. „His temporibus morbi graves incidebant, multæ continuæ hiemes, et lues hominum, atque postea fames."

Ultima vetustarum relationum, quæ in Islandorum reperiuntur annalibus, ad annum **1347** ibidem notatur; est autem hæcce per se valde memorabilis, cum inde perspiciamus, incolas Grœnlandiæ, Scandinavica stirpe procreatos, seculo etiam XIVto ad Marklandiam veterum, indubiam Americæ partem, itinera fecisse. Quod textus noster loquatur de expeditione consulto in hanc terram facta, fortassis pro materia, ædificiis apta, inde petenda, non autem de nave, vi tempestatum litori fortuito appulsa, ex his dictis certe satis intelligitur: „*höfðu farit til Marklands;*" „*er sótt hafði til Marklands.*" Annales Skalholtini antiquiores, quorum ultima pars ephemeridum modo est conscripta, novem tantummodo annis post ipsa relata eventa ad finem sunt perducti; sic illorum auctor his fuit contemporaneus, eademque igitur, statim ut ista ipsi innotuerunt, literis mandavit.

1121[1]. Eiríkr biskup af Grænlandi fór at leita Vínlands, *R*, *F*.	**1121.** Biskop Erik af Grönland reiste, for at opsøge Viinland, *R*, *F*.
Eiríkr biskup leitaði Vínlands, *Res.*	Biskop Erik opsøgte Viinland, *Res.*

1121. Eirikus episcopus ex Grœnlandia Vinlandiam quæsitum profectus est, *R*, *F*.

Eirikus episcopus quæsivit Vinlandiam, *Res.*

1) *annum nescit V; folium unum abest in S.*

Eiríkr biskup uppse leitaði Vínlands, *L.*	Biskop Erik Upse opsøgte Viinland, *L.*
Eiríkr biskup upsi af Grænlandi fór at leita Vínlands, *exscr.* 417.	Biskop Erik Upse af Grönland reiste for at opsøge Viinland, 417.
Eiríkr Grænlendínga biskup leitaði Vínlands, *H.*	Erik, Grönlændernes Biskop, opsøgte Viinland, *H.*
Eiríkr Grænlendínga biskup fór at leita Vínlands, *G.*	Erik, Grönlændernes Biskop, reiste for at opsøge Viinland, *G.*
Vígðr Eyríkr Grænlendínga biskup fyrstr., *al.*	Erik, Grönlændernes første Biskop, vies, *andre.*
1285. Fannst land vestr[1] undan Íslandi, *V, F.*	1285. Opdagedes et Land i Vest fra Island, *V, F.*
Fannst nýja land. . . . .[2], *H.*	Opdagedes det nye Land. . . . *H.*
Fundu Helgasynir nýja land, Aðalbrandr ok Þorvaldr, *R.*	Opdagede Helges Sönner Adelbrand og Thorvald det nye Land, *R.*

Episcopus Eirikus Upsius[a] quæsivit Vinlandiam, *L utrumque exscriptum.*

Episcopus Eirikus Upsius de Grœnlandia Vinlandiam quæsitum profectus est, 417.

Eirikus, episcopus Grœnlandorum, quæsivit Vinlandiam, *H.*

Eirikus, Grœnlandiæ episcopus, Vinlandiam quæsitum profectus est, *G.*

Eirikus, episcopus primus Grœnlandorum, inauguratus[b], *al.*

1285. Inventa est terra ab occidente Islandiæ, *V, F.*

Inventa est terra nova . . . . . *H.*

Adalbrandus et Thorvaldus, Helgii filii, novam terram invenerunt, *R.*

1) vestan, *quædam exscripta*, eod. sensu. 2) *cetera accisa in H.*

a) *upsi,* quod hoc loco cognomen est, vulgo significat gadum virescentem.

b) Eirikus episcopus in *Landnáma* (L. 1 c. 13, cf. c. 12, *Íslendinga Sögur* I p. 36-39) e nobilissima Norvegorum in Islandia stirpe, nimirum Björnis Bunæ, ortus esse fertur, quod etiam in tabulis genealogicis, operi annexis, demonstrabimus.

Aðalbrandr ok Þorvarðr Helgasynir fundu nýja land vestr undan Íslandi, *G.*

Fundust Dúneyjar, *S*, *L.*

1288. Sendr Rólfr af Eiríki konúngi, at leita nýja lands, ok krafði hann menn[1] af Íslandi til ferðar[2] með sèr, *G.*

Lángskip á Íslandi, *S.*

1289. Eiríkr konúngr sendi Rólf til Íslands, at leita nýja lands, *F.*

1290. Fór Rólfr um Ísland, ok krafði menn til nýja lands ferðar[3], *F.*

1295. Andaðist Landa-Rólfr[4], *F.*

Adelbrand og Thorvard, Helges Sönner, opdagede det nye Land i Vest fra Island, *G.*

Opdagedes Dunøerne, *S*, *L.*

1288. Udsendtes Rolf af Kong Erik, for at opsøge det nye Land, og opfordrede Folk fra Island til Reisen med sig, *G.*

Langskib paa Island, *S.*

1289. Kong Erik sendte Rolf til Island, for at opsøge det nye Land, *F.*

1290. Rolf reiste igjennem Island, og opfordrede Folk fra Island til en Reise til det nye Land, *F.*

1295. Døde Lande-Rolf, *F.*

Adalbrandus et Thorvardus, Helgii filii, novam terram ab occidente Islandiæ invenerunt, *G.*

Inventæ sunt Duneyæ, *S*, *L.*

1288. Missus Rolvus ab rege Eiriko ad quærendam novam terram, viros ex Islandia profectionis socios postulavit, *G.*

Longa navis in Islandia, *S.*

1289. Rex Eirikus Rolvum in Islandiam misit, ad quærendam novam terram, *F.*

1290. Rolvus Islandiam peragravit, et viros postulavit ad profectionem in novam terram, *F.*

1295[a]. Obiit Landa-Rolvus (Rolvus, terrarum indagator), *F.*

1) mann, *virum*, 115 in 8. 2) ferða, *profectiones*, 115 in 8. 3) fundar, *ad inventionem novæ terræ*, excer. 418. 4) jóla nótt, *nocte Christi natali*, *add. al.*

a) Torfæus adnotat, quosdam anuales annum emortualem Rolvi ad ann. 1296 referre.

1347. Komu XIII hafskip til Íslands. Braut Eindriðasúðina í spán austr í Borgarfirði við Lánganes; varð þar mannbjörg ok svâ mestrs þorra fjár. Braut Bessalánginn fyri Síðu; druknaði þar af Halldór magri ok Guthormr stali ok alls XIX menn; varð þar ok allmikill fjárskaði. Voru áðr fyri VI aptrrekaskip. Þá kom ok skip af Grænlandi, minna at vexti en smá Íslandsför; þat kom í [Straumfjörð inn ytra[1]; þat var akkerislaust; þar voru á XVII menn, ok höfðu farit til Marklands, en síð-

1347. Der kom 13 store Skibe til Island. Eindridesuden forliste öster i Borgerfjord ved Langenæs; Mandskabet og den störste Deel af Godset bjergedes. Bessalangen forliste udfor Sida, af dens Besætning druknede Haldor Magre og Guthorm Stale og i alt 19 Mand; der skete ogsaa meget stor Skade paa Godset. Der vare forud 6 tilbageslaaede Skibe. Da kom ogsaa et Skib fra Grönland af Störrelse mindre end smaae Islandsfarere; det kom i den ydre Strömfjord; det havde mistet Ankeret; derpaa vare 17 Mand, som havde faret til Markland, men

1347. Venerunt XIII naves majores (mercatoriæ) ad Islandiam. Navis, Endridiana dicta, tempestate comminuta in Borgarfjördo orientali ad promontorium Langanesum periit, servabantur autem nautæ et maxima mercium pars. Navis, Bessalangus vocata, ad litus Sidense frangebatur; ex ea Haldor Macer et Guthormus Stali cum septemdecim aliis mari suffocati; ibidem etiam permagna perdita est pecunia. Aderant prius sex naves, repulsam passæ. Advenit quoque tunc temporis navis e Grœnlandia, structura minor minoribus navigiis, Islandiæ commerciis vulgo adhibitis[a];

1) Straumfjarðarós, *in ostium Straumfjördi, H, G.*

a) Naves ad Islandiam tunc temporis destinatæ grandes esse solebant, centum fere interdum nautas gestantes; sex tales, ad externas necessarias merces insulæ quotannis adportandas tunc temporis sufficere putabantur, cum jam centum fere eam quotannis commerciorum ergo visitent.

an vorðit híngat hafreka. En alls voru hèr um vetrinn XVIII hafskip, ok þau tvö er brotnuðu um sumarit, *S.*	paa Tilbageveien vare blevne forslaaede hid. Men ialt vare her om Vinteren 18 store Skibe, foruden de to, som forliste om Sommeren, *S.*
þá kom skip af Grænlandi, þat er sótt hafði til Marklands, ok áttján menn á, *F.*	Da kom et Skib fra Grönland, som havde seilet til Markland, og derpaa atten Mand, *F.*

in exteriorem Strœmfjördum[a] appulit, anchoris destituta; inerant ei XVII nautæ, qui ad Marklandiam navigaverant, sed posterius huc per oceanum sunt jactati. Hic tunc hiemarunt XVIII mercatoriæ naves præter duas illas quæ æstate præcedente naufragium erant passæ, *S.*

Tunc e Grœnlandia venit navis, XVIII navitis instructa, quæ Marklandiam petierat, *F.*

a) Portus Strœmfjördus situs est inter lingulas terræ, Alptanesum et Knararnesum, in hodierna Myrensi toparchia, *Mýra sýsla*, et occidentali Islandiæ præfectura.

VII. DE MANSIONE GRŒNLANDORUM IN LOCIS BOREALIBUS.

Debentur hæ relationes Björni Jonæo, qui eas collectioni suæ sæpius memoratæ inseruit. Prima particula, ut inscriptio Björnis Jonæi testatur, ex libro Hœkiano desumta est. Hœkus Prætor natus est anno **1268**, diu in Norvegia versans. Arnaldus, sacerdos aulicus regis Magni Hakonis filii sive Legum-emendatoris, (qui imperium capessivit anno **1263**, obiit anno **1280**), fuisse dicitur. Præterea memoratur, hanc ad Kroksfjördum profectionem cœptam esse eodem anno, quo navis Grœnlandica ad Hitarnesum fracta sit, quod, testibus Annalibus Grœnlandicis, accidit anno **1266**, ad

quem annum hi annales sic habent: *braut Grœnlandsfar á Hitarnesi*, i. e. fracta est navis Grœnlandica in Hitarneso. Afferuntur quoque hoc loco: commentatio de *Norðrsetufólk á Grœnlandi*, et relatio de Greipis et Montanis Kroksfjördensibus; quæ omnia in eadem collectione reperiuntur. Fundamenti loco positus est codex manuscriptus, num. 115 in 8vo, cum quo ceteri quatuor, num. 768 *(D)* et 769a,b, *(T, Þ)* nec non num. 769c in 4to *(U)* qui fragmentum est, collati sunt. Quod manuscriptum num. 115 inter quatuor sive quinque illa sit vetustissimum, probari opinamur non tantummodo ipsius conditione, quæ istud Björnis Jonæi tempori deberi prodit, sed quoque et præsertim ea circumstantia, quod frequenter monstrat lacunas minores, destinatas iis vocabulis, quæ horum excerptorum collector ipse in antiquis illis libris, unde eadem hausit, legere nequiit. Gaudet præterea ea, præ ceteris, præstantia, quod diversæ annotationes, textum explicantes vel illustrantes, quas Björn noster adjecit, in isto claudantur uncis vel parentheseos signis ( ) et insuper certis ab ipso textu distinctionis notis „—"; cum eadem additamenta in reliquis exemplaribus sæpissime sine ulla tali distinctione textui sint inserta, ac igitur ab eo vix discernenda. Hæ Björnis Jonæi propriæ commentationes, ut eo facilius a textu disjungantur, hic typis, qui cursivi vocantur, sunt expressæ. In Regia Holmiensi Bibliotheca servatur (sub No. 71. 4) peculiare Björnis Jonæi de Grœnlandia collectionum exemplar, e quo doctissimus magister *B. E. Hildebrand* nobis particulas, huc pertinentes, novo transscripto communicavit. Lectiones variantes, inde sumtæ, hic notantur *G.* Annus, quo hoc manuscriptum confectum est, ex hac ipsius finali annotatione elucet: „Scriptum Holmiæ d. 31 Julii 1688 Gudmundus Gudmundi. Ex MS chartaceo Illustrissimi Comitis *Magni Gabrielis De la Gardie* N. 21 (in 8vo)". Libellus hic nominatus habetur in Bibliotheca Universitatis Upsaliensis.

Veterum Grœnlandiæ incolarum ad loca septemtrionalia profectiones, partim rei faciendæ, partim indagandi causa tam crebro institutas, poëtico ingenio celebrari, vix crederent. Verum citatur in Edda Snorriana carmen, sub nomine *Norðrsetudrápa* (i. e. carmen de mansione in locis borealibus), Sveine quodam auctore, de cujus vita nihil indagare potuimus. Quod carmen integrum servari, temporis injuria nobis invidit; nam ex eo

nihil, quantum scimus, exstat, præter solum nomen, et paucas lacinias, nempe duos versus et unam semistropham, quæ Edda allegat in tractatu de appellationibus poëticis (*Skáldskaparmál*), et unum versum, nec non unam semistropham, in tractatu de figuris orationis citatam. Fatendum quidem est, nomen carminis, *Norðrsetudrápa*, unico tantum loco, pag. **126**, occurrere, cetera vero fragmenta ad auctorem Sveinem referri, nomine carminis non edito, sed non dubitamus hæc quoque ad idem carmen referre, tum quod Edda nusquam ullum poëtam, Sveinis nomine, nisi his locis citat, tum quod argumentum ejusmodi carminis naturæ conveniens esse videatur.

Dicta fragmenta in Edda Snorriana (*Snorra Edda ásamt Skáldu*, Holmiæ 1818 ed. R. Chr. Rask) hoc modo citantur:

1, pag. 126. Hvernig skal kenna vind? Svâ, at kalla hann son Fornjóts, bróður Ægis ok elds, brjót viðar, skaði ok bani eða hundr eða vargr viðar eða segls eða seglreiða. Svâ sagði Sveinn í Norðrsetudrápu:

Tóku fyrst til fjúka
Fornjóts synir ljótir.

Id est: Quomodo poëtice circumscribendus est ventus? Ita, ut appelletur filius Fornjoti, frater Ægeris et ignis, fractor sylvæ, noxa et letum aut canis aut lupus sylvæ vel veli vel velorum apparatus. Sic dixit Svein in Nordursetudrapa:

Primo ciere cœperunt nives
fœdi Fornjoti filii (venti).

2, pag. 332. *Antiphrasis* er svâ sem *Ironia* í einu orði, þvíat hún dregr nafn af gagnstaðligum lut, sem Sveinn kvað:

Hlès dættr á við blèsu
Hèr er sjór kallaðr Hlèr, þvíat hann hlýr allra minnst.

Id est: Antiphrasis est quasi ironia unius vocis, nam nomen ex contraria re ducit; ut Svein cecinit:

Hleris filiæ navem afflarunt.
Hoc loco mare appellatur Hler, quod omnium minime calefaciat.

3, pag. 125, *in appellationibus maris:* svâ sem kvað Sveinn:

Þá er èlreifar ófu
Ægis dættr ok tættu

Id est: quemadmodum cecinit Svein:

Quando vehementes ac procellosi
turbines montani, gelu nutriti,

fals við frost of alnar
fjallgarðs rokur harðar.

4, pag. 331-332. *Allegoria* er trópr sá er annat merkir en mælt er; sem Sveinn kvað:

Þar kemr lángs at laungum
lind vandi mik strindar
leika leyni síka
lævi á til sævar.

Þat skal svâ skilja, at hann lyktar svâ þí efni, er hann vildi í kvæðinu hafa, sem áin kemr til sæfar.

texebant atque carpebant filias Ægeris, procellis gaudentes[a].

Id est: Allegoria est tropus, sub aliis verbis aliud intelligens; ut Svein cecinit:

Piscosi æquoris tilia (femina)
dolo ludorum me adsuefecit.
Hic flumen in longum mare
longo defertur alveo[b].

Quod sic intelligi debet, eum (poëtam) argumentum carminis ita concludere, ut amnis in mare perve-

a) Hæc versio sequenti constructioni adtemperata est: *Þá er harðar falsrokur fjallgarðs, of-alnar við frost, ófu ok tættu él-reifar Ægis dættr.*

b) Ordo verborum, cui versio in hoc obscuro carmine superstructa est, talis est: *lind síka strindar vandi mik leika lævi. Þar kemr á til lángs sævar at laungum leyni.* Secundum hanc constructionem *síka* est gen. plur. τs *síkr*, salmo, et *síka strind*, terra salmonum, mare; *síka strindar lind*, tilia maris, significare potest: 1. navem, quod huic contextui minus aptum videtur; 2. feminam, ut respiciatur ad primorum hominum creationem ex arboribus, mari ejectis. Idem sensus prodit, si *síkr* pro igne (quem interdum designare videtur) accipiatur, et *strind* pro *strönd*, amnis; tum enim *lind strindar síka*, tilia ignium fluviatilium (auri) femina est. Hanc feminam, de qua loquitur poëta, amicam ejus fuisse ponimus. Porro *vandi mik leika lævi*, adsuefecit me ludorum dolo, poetice pro *lèk opt á mik*, sæpe me ludificavit. His præmissis, videtur poëta, ab amica sæpius ludificatus, hanc periculosam profectionem suscepisse, ut frustrati amoris tædium depelleret. In sequentibus hoc tantum notamus, vocem *leynir*, m., etiamnunc usurpari pro loco depresso, quare eam pro valle, qua fluit amnis, vel alveo sumsimus. Sed non possumus, quin aliam construendi rationem proponamus. Cum enim consideramus formulam concludendi carminis, simpliciorem exspectaveramus, qualem fere adhibet Ulvus Uggii filius (Edd. Snorr. pag. 176), qui formulam sic exhibet: *Þar kömr á til sæfar*, i. e. jam carmen finitum est. Quare hoc modo verba carminis ordinanda putamus: *lind síka strindar vandi mik leyni-leika lævi; Þar kemr á lángs at laungum til sævar*, i. e. femina adsuefecit me dolo furtivorum ludorum; hic sero tandem amnis influit mari (i. e. carmen concluditur). Ex hac constructione sequi videtur, poetam, præteriti amoris memorem, hoc carmen, periculosæ navigationis descriptionem continens, amicæ suæ dedicavisse. Inter sequentia notanda est formula *lángs at laungum*, ubi *lángs* idem est ac *lángt* (confer *Fornmanna Sögur* 4, p. 44, *Fóstbræðra Saga* c, 33, str. 2), et subaudiendum *stundum málum* v. *timum*, qs. longum post longas (horas v. tempora), quæ formula ad unguem convenit cum Danica *langt om længe*.

þat er úeiginlig líkíng milli árinnar ok kvæðissins.

A. Grænlands Annál eitt eptir Hauksbók.

b) Qualem sibi veteres Scandinavi Hellulandiæ situm finxerint, docet *Örvar-Odds Saga* (*Fornaldar Sögur Norðrlanda* II, 248, 250, cf. 318) his quidem verbis: „*Siðan sigla þeir þartil er þeir kvomu í Grænlandshaf; snúa þá suðr ok vestr fyri landit . . . . sigla þeir nú þartil þeir koma til Hellulands ok sigla inn á fjörðinn Skugga*, Navigant deinde, donec in Oceanum Grœnlandiæ pervenerint; tum versus meridiem et occidentem præter terram iter vertunt . . . . navigant jam donec venirent ad Hellulandiam, cursu ad sinum Skuggam (*Umbram*, i. e. *umbratilem*) directo". Hæc narratio historicis alioquin non est adnumeranda, ast a contrario iis, quæ romanenses vulgo vocantur, recentiore tempore fictis, quarum nonnullæ tantum aliquanto gaudent historico fundamento, quod autem jam vix est visibile. Quod deserta supradictæ terræ, *Hellulands óbygðir* illo tempore (seculo 14to et 15to) inter Islandos fuerint celebrata, variæ ejusmodi narrationes monstrant e. gr. Carmen, Örvar-Oddo attributum, *Örvar-Odds Drápa* str. 61, ita quidem

í Hellulands — in salebrosis
hrauns óbygðum — Hellulandiæ desertis.

Memorantur porro eadem in *Saga Hálfdánar Eysteinssonar* c. 26; *Saga Hálfdánar Brönufóstra* c. 4, ubi sermo est de magna lignorum ejectitiorum in arenoso litore congerie, *viðr var þar rekinn mikill á sandinn*, vide dicti operis III, 556, 568; addatur *Saga af Gesti Bárðarsyni* c. 7, *Saga af Gunnari Keldugnúpsfífli* pp. Hæ jam nobis sufficiant citationes, cum illarum narrationum, quæ a historicis probe distinguendæ, contenta nullam in cæterum fidem mereant.

til Vínlands ens góða, er sumir menn ætla at gángi af Affríka; ok ef svâ er, þá er úthaf innfallanda á milli Vínlands ok Marklands. Þat er sagt ath Þorfiðr karlsefni hjöggi húsasnotrotrè, ok færi síðan ath leita Vínlands ens góða, ok kæmi þar er þeir ætluðu þat land, ok náðu eigi ath kanna ok eingum landskostum. Leifr hinn heppni fann fyrstr Vínland, ok þá fann hann kaupmenn í hafinu illa stadda, ok gaf þeim líf með guðs miskunn; ok hann kom kristni á Grænland, ok óx þar svâ ath þar var

ikke langt til Viinland det Gode, som nogle troe gaaer ud fra Africa; og hvis det forholder sig saa, maa Udhavet løbe ind imellem Viinland og Markland. Det berettes, at Thorfinn Karlsefne huggede Træ til en Huuspryder, og drog siden at opsøge Viinland det Gode, og kom der, hvor de troede at det Land var, men naaede ikke at undersøge det, og erholdt ingen af Landets Herligheder. Leif den Heldige opdagede først Viinland, og da traf han nogle Kjøbmænd ilde stædte paaHavet,og frelste vedGudsMiskundhed deres Liv; og han indførteChristen-

Marklandia, unde via non longa ad Vinlandiam Bonam, quam nonnulli putant ab Africa porrigi [a], quod si ita est, oceanus [b] sese inter Vinlandiam et Marklandiam insinuat. Dicitur Thorfinnus [c] Karlsefnius cecidisse ligna, scopis domesticis [d] apta, et posterius iter suscepisse ad quærendam Vinlandiam illam bonam; refertur porro quod is et socii in eum locum venerint, ubi sitam esse hanc terram putarent, sed quod ii ab ulteriore investigatione detinerentur et nullas bonas terræ fruges inde secum apportarent. Leifus, Fortunatus dictus, primus Vinlandiam invenit, in quo etiam itinere mercatores, oceani periculis vexatos, reperit, ac eorum vitam dei misericordia adjutus servavit; is insuper christianismum in Grœn-

a) Hic cernimus, quantam prisci Boreales terræ nuper inventæ austrum versus extensionis ideam adumbraverint, ut illam etiam cum Africa cohærere acciperent.

b) Vox *úthaf* denotat oceanum dictis regionibus exteriorem ac universam tellurem cingentem, qui in altero geographico fragmento vocatur *umsjór*, mare tellurem circumdans; hic se per fretum aliquod interiori mari insinuare ponitur, non inter Africam et Vinlandiam (quæ sic meridionalem Americam includere putabatur), sed inter Vinlandiam et Marklandiam.

c) *Þorfiðr* sæpius adhibetur pro *Þorfinnr*, sic in *Sverris Saga* c. 165, similiter ac *Fiðr* pro *Finnr*, *Auðr* et *Unnr*.

d) vel etiam tritonibus aut ventilogiis.

biskups stóll settr, þar er í Görðum heitir. Eingland ok Skotland er ein ey, ok er þó sitt hvert konúngsríki. Írland (er) ey mikil. Ísland er ok ey mikil í (norðr frá Írlandi). þessi lönd ero öll í þeim hluta heims, er Eyrópa heitir.

dommen paa Grönland, og den udbredte sig der, saa at en Bispestol blev oprettet paa det Sted, som hedder Gardar. England og Skotland ere een Ø, og er dog hvert for sig et Kongerige. Irland er en stor Ø. Island er ogsaa en stor Ø norden for Irland. Disse Lande ere alle i den Verdensdeel, som hedder Europa.

landiam introduxit, qui ibidem adeo increvit, ut sedes ibi episcopalis in loco Gardar dicto, fundata esset. Anglia et Scotia unam efficiunt insulam, licet utraque earum regnum sit speciale. Est Irlandia (Hibernia) insula magna; Islandia similiter magna est insula, ab Irlandia boream versus sita. Omnes hæ terræ sitæ sunt in ea mundi parte, quæ Europa vocatur.

Varias medii ævi relationes de Vinlandiæ per Leifum Eiriki filium inventione agentes supra (pag. 191-194) ex uno *Heimskringlæ*, celeberrimi Snorrii Sturlæ filii operis, membranaceo codice, et tribus diversis Olavi Tryggvii filii historiæ, lectori communicavimus. Hic porro tertium addimus illis parallelum locum, ex opere Arii Multiscii, vulgo dicti *Kristni-Saga* sive Historia religionis christianæ in Islandiam introductæ, secundum vetustissimum hujus scripti membranaceum fragmentum, aliis Landnamæ, pro cujus continuatione ipsa *Kristni-Saga* verisimiliter habenda, similibus fragmentis junctum, in num. 371 in 4to servatum, aut seculi 13tii ultimo spatio aut etiam seculi 14ti initio adscribendum, et pro Hauki Erlendini, nomophylacis Islandiæ, qui Arii opera indubie collegit et ex aliqua parte continuavit, autographo probabiliter est accipiendum. A folio pergameno, cui hæc relatio inserta, extrema marginis particula est desecta; lacunas, inde ortas, ope transscripti (hic satis adcurati), a Jona Erlendino, episcopi Skalholtensis Brynjulvi Svenonii librario, circa medium sec. 17mi secundum codicem, tunc integrum, exarati, explere nobis contigit.

Frá Gizuri ok Hjallta.

Um vârit bjöggu þeir Hjallti

De Gizure et Hjaltio.

Tempore verno Hjaltius et Gizur

ok Gizurr skip sitt til Íslands; margir menn löttu þess *Hjallta, en hann* gaf sèr ekki um þat. Þat sumar fór Ólafr konúngr or landi suðr til Vindlands; *þá sendi hann ok* Leif Eiríksson til Grænalands, at boða þar trú. Þá fann Leifr *Vínland hit* góða; hann fann ok menn á skipflaki í hafi; því var hann kallaðr Leifr hinn heppni.

navem parabant, ad Islandiam destinatam; multi Hjaltium ab hoc incepto dissuadebant, at ille dehortationi locum non dedit. Æstate sequente rex Olavus austrum versus in Vindlandiam est profectus, et tunc quoque Leivum Eiriki filium in Grœnlandiam emisit, ut ibi religionem christianam annunciaret. Tum Leivus Vinlandiam Bonam, et naufragos quoque tabulis innatantes in mari invenit, unde Leivus Fortunatus dictus est.

C. Gripla.

BEIERALAND[1] er við Saxland; hjá Saxlandi er Hollsetuland, þá Danmörk; ígegnum fellr sjór austrvegu; Svíþjóð liggr fyrir austan Danmörk, Noregr fyrir norðan, Finnmörk norðr af Noregi; þá víkr til landnorðrs ok austrs, áðr en kemr til Bjarmalands; þat er skattgilt undir Garðaríki. Frá Bjarmalandi liggja óbygðir norðr allt til þess, er Grænland kallast, [*en Grœnlend-*

BAYERN grændser til Saxen; til Saxen grændser igjen Holsteen, derpaa kommer Danmark; Havet løber igjennem Østerlandene. Sverrig ligger østen for Danmark, Norge norden for; Finmarken nord fra Norge; dernæst dreier Landet af mod Nordost og Ost, indtil man kommer til Bjarmeland; dette Land er skatskyldigt under Garderige. Fra Bjarmeland ligge Ubygder lige nord til det Land, som kaldes Grönland, [*hvilket*

TERRA Bejerorum est prope Saxoniam; Saxoniæ adjacet Holsatia, tum Dania; oceanus per terras orientales influit. Svethia sita est ad orientem Daniæ, Norvegia ad septemtrionem, Finnmarkia boream versus ab Norvegia; deinde terra deflectitur in evriaquilonem et orientem, antequam in Bjarmiam ventum sit: hæc regno Gardorum vectigalis est. A Bjarmia deserta jacent, versus boream, ad eam usque terram, quæ Grœnlandia ap-

1) Beiernland, *Bavaria sive terra Bavarorum*, G.

ingar sanna þat eigi, ok þikjast annars vísir hafa orðit bæði af viðreka þeim, er manna verk eru á, ok[1] *af hreindýrum þeim, er mörk hafa á eyrum eðr bönd á hornum, svá ok af sauðum þeim, er þángat reka, er nú er*[2] *í Noregi mark af, at höfuð hángir í Þrándheimi, annat í Björgvin, finnast þó mörg fleiri*]. En botnar gánga þar fyrir, ok víkr landinu til útsuðrs, eru jöklar ok firðir, eyjar liggja[3] úti fyrir jöklunum; fyrir einn jökulinn geta þeir ekki rannsakað, fyrir annan er hálfs mánaðar ferð, fyrir þriðja vikuferð; er sá næstr bygðinni; þar[4] heitir Hvítserkr; þá víkr landinu til

Grönlænderne dog ikke bekræfte, men troe at have bemærket, at det forholder sig anderledes, baade af Drivtømmer, som kjendelig er tilhugget af Mennesker, og ligeledes af Rensdyr, som have Mærker paa Ørerne eller Baand paa Hornene, ligeledes af Faar, som drive derhen, hvoraf der nu ere Mærker i Norge, da eet Hoved hænger i Throndhjem, et andet i Bergen, og der findes dog mange flere]. Men der ere Bugter for, og Landet strækker sig imod Sydvest; der ere Jøkler og Fjorde; der ligge Øer udenfor Jøklerne; til den ene Jøkel kan man ikke undersøge; til den anden er en halv Maaneds Seilads, til den tredie en Uges Seilads; den er nærmest ved Bygden, det kaldes Hvidserk;

pellatur; [*verum Grœnlandi hoc verum esse negant, aliudque se putant animadvertisse tam ex ejectis lignis, humano opere conspicuis, quam ex maclibus, quarum auribus notæ sint impositæ, cornuave habenis revincta, item ex vervecibus eò ejectis, quorum reliquiæ nunc in Norvegia sunt, cum unum caput Thrandheimi pendeat, alterum Bergis, multaque plura inveniantur*[a]]. Objacent autem (oceani) recessus, terraque in libanotum deflectitur, sunt (ibi) moles glaciales et sinus, montes glaciales insulæ extra præjacent; unum montem glacialem explorare non possunt, ad alterum duarum hebdomadarum navigatio est, ad tertium unius, qui proximus a tractu habitato est, hic appellatur Hvit-

1) líka, *add. D, T, U.* 2) *abest in G.* 3) þar, *ibi add. D.* 4) þat, *G;* ab [Er sá næstr bygðinni, er, *D.*

a) Hanc integram periodum a Björne Jonæo, vel alio quodam librario aut commentatore, interpolatam esse putamus, quamvis hujus in nullo exemplarium mentio fiat.

norðrs; en sá eigi vill missa bygðina, stefni hann í útsuðr. Garðar heita biskupsstóll í botninum á Eyríksfirði; þar er kirkja vígð hinum helga Nicholao; XII kirkjur eru á Grænlandi í hinni eystri bygð, IIIIar í vestri bygð.

Nú er at segja, hvat til móts við Grænaland[1] gengr úr þeim botnum, sem fyrr eru nefndir: Furðustrandir heitir land, þar eru frost mikil, svâ [ekki er byggjanda[2], svâ menn viti; suðr frá er[3] Helluland, þat er kallat Skrælíngjaland; þá[4] er skamt til Vínlands hins góða, er sumir menn ætla at

dernæst dreier Landet imod Nord; men den som ikke vil forfeile Bygden, han stævne i Sydvest. Gardar hedder Bispestolen i Bunden af Eriksfjord; der er en Kirke, indviet til den hellige Nicolaus; 12 Kirker ere paa Grönland i den østre Bygd, 4 i den vestre.

Nu maa berettes, hvad der ligger ligeoverfor Grönland udfra de Bugter, som för bleve omtalte: Furdustrande hedder et Land; der er saa stærk Frost, at Landet, saa vidt man veed, ikke er beboeligt; der sönden for er Helleland, det kaldes Skrælingeland; derfra er ikke langt til Viinland det Gode, som nogle formene gaaer ud fra Africa; mel-

serkus; deinde terra in boream flectitur. Qui vero ab tractu habitato depelli non vult, is cursum in plagam libanoti dirigat[a]. Gardi nomen est sedi episcopali in intimo Eiriksfjördi recessu; ibi ædes est, sancto Nicolao consecrata. Duodecim sunt sacræ ædes in tractu habitato orientali Grœnlandiæ, quatuor in occidentali.

Nunc dicendum est, quid e regione Grœnlandiæ objaceat ex recessibus, ante commemoratis. Furdustrandæ nomen terræ est, ubi tantum gelu est, ut, quantum scire datur, inhabitari non possit; ab ea austrum versus est Hellulandia, regio Skrælingorum appellata[b]; inde brevi spatio abest

1) Græuland, *D*, *G*, *Verel.*, *l. c.* 2) er óbyggjanda, *id.*, Verel. 3) *sic E*, *Verel.*; *abest in D.* 4) þat, *U.*

a) Id est, qui ab Islandia ex plaga orientali advenit, cursum teneat versus austrum secundum litora.

b) Hic certe in vetusta ista membrana locus fuit illegibilis, quem igitur depravatum censemus. Secundum illas ex ipsis membranis excerptas particulas (supra pag. 289, 290 - 291), atque simul Erici Rufi Historiam (p. 29-30) hicce locus emendari debet.

gángi af Affríca; milli Vínlands ok Grænlands er Ginnúngagap, þat gengr úr hafi því, er Mare oceanum heitir, þat hverfr um allan heim. [*Hæc verbotenus Gripla*].

lem Viinland og Grönland er Ginnungagap, som flyder fra det Hav, der kaldes Mare oceanum og omgiver hele Jorden. [*Hæc verbotenus Gripla*].

Vinlandia Bona, quam nonnulli ex Africa protendi autumant. Inter Vinlandiam et Grœnlandiam est Ginnungagap, quod influit ex mari dicto oceano, totum terrarum orbem ambiente[a]. [*Hæc verbotenus Gripla*].

a) In manuscripto 770c, præter ante allata, quæ de Ario Maris filio mentionem faciunt, alia quoque invenitur particula geographica, quæ sic habet: *Fyrir vestan hit mikla haf frá Spania, er sumir kalla Ginnúngagap, þat gengr landa imillí, þá heitir til norðrs fyrst Vínland hit góða, þarnæst heitir Markland enn til norðrs, þá eru óbygðir, er Skrælingjar byggja; þá eru enn óbygðir til Grænlands, ok eru þar tvær bygðir, Vestrbygð ok Austrbygð, en siðan eru þá hafsbotnar, jöklafjöll ok óbygðir, eð vikr við Hálogaland.* I. e. „Ab occidente maris magni Hispanici, quod ab nonnullis Ginnungagap appellatur, terras interluens, boream versus tendenti primo obvenit Vinlandia Bona, deinde etiam versus boream Marklandia dicitur, inde deserta sunt, quæ Skrælingi inhabitant, indeque porro deserta usque ad Grœnlandiam, ubi duo sunt tractus habitati, Vestbygda et Œstbygda; deinde sunt recessus oceani, montes glaciales ac deserta, quæ versus Halogiam deflectunt".

D. [*Grænlandiæ vetus chorographia á afgömlu kveri*[1]].

GRÆNLAND horfir í útsuðr[2]; syðst[3]

GRÖNLAND vender imod Sydvest;

Grœnlandiæ vetus chorographia ex pervetusto libello.

GRŒNLANDIA libanotum spectat; maxime australe[a] est Herjolvsnesum,

1) af gömlu kveri, *ex vetusto libello*, *G.* 2) lítt suðr, *D*, *T.* 3) *vel* syndst, *E*, *G;* synst, *D*, *T;* siðst, *Þ.*

a) Hic Arnas Magnæus, Theodoro Thorlacio consentiens, præfert conjecturam *austast*, auctoritate Codicis Flateyensis fretus, cum expressis verbis ibidem dicatur „*Herjúlfsnes er austast*, Herjulvsnesum longissime in orientem vergit." Cod. E nihilominus hic habet vocem *syndst*, litera n posterius abolita, ut remaneat *syðst*, quod igitur sine ulla hæsitatione accipimus ita sonasse in vetusta illa membrana, quæ fons fuit Björnis Jonæi. Hæ vocabulorum *syðst* et *austast* notiones in bonis vetustatis libris speciem tantum differentiæ præ se ferunt, cum e contrario probent, Herjulvsnesum ponendum esse in ea Grœnlandiæ, olim a Scandinavis habitatæ, regione, quæ maxime versus euronotum extenditur.

er Herjólfsnes, en Hvarfsgnípa næst fyri vestan; [*þángað kom Eyrekr hinn rauði lengst, ok lèzt þá kominn fyri botn Eyreksfjarðar*]. Þar[1] er straumr[2], er Hafhverf[3] heitir, á austanverðu landi; þá Spalsund;

sydligst er Herjulfsnæs, men Hvarfsgnipa nærmest vesten derfor; [*did kom Erik den Røde længst, og sagde da at han var kommen udfor Bunden af Eriksfjord*]. Der er en Ström, som kaldes Hafhverf, paa den østlige Side af

sed Hvarfsgnipa proxime versus occidentem; [*eò pervenit Eirekus Rufus longissime, atque se tum putavit intimum Eireksfjördi recessum superasse*[a]]; ibi fluxus maris (currens v. vertex) est, Hafhverf dictus[b], ad orientale terræ litus,

1) þat, *D*, *T*. 2) *sic correctum;* stiarna, *vel* etiama, *E;* stiarna, Þ, *D*, *T*, *G*. 3) Hafhvarf, Þ; af Huerf, *D;* Hverf, *T*.

a) Hæc eadem verba inveniuntur etiam in Thorfinni Karsefnii et Olavi Tryggvini historiis, ut etiam in *Landnáma*, ac igitur in multis melioris notæ membranis (vide supra p. 13, 94) sed longe alia conjunctione, licet *Hvarfsgnýpa* proxime anterius memoretur. Locutionis hujus in hoc contextu species indubie monstrat, periodum, uncis clausam, non in antiqua membrana extitisse, sed pro mera Björnis Jonæi interpolatione habendum esse, quamvis distinctio hujus momenti solita in manuscripto *E* non reperiatur. Quod is illam dictionem præ ceteris observasset et rimatus fuisset, elucet ex ejus in ipsius Thorfinni Karlsefnii historiæ apographo ad eandem annotatione: *þetta er helzt vandskilið* i. e. hoc maxime intellectu difficile. Cum hic nomen *Hvarfsgnýpa* literis mandavit, incidit ipsius menti ea lectio, quam statim, sine ulla ulteriore ejus tenoris dijudicatione, hic, forsitan in margine primi apographi, adjecit.

b) In hunc locum, *þat er stjarna* &c., plurimæ habentur conjecturæ et commentationes. Arnas Magnæus hanc lectionem proponit: „*stórt bjarg (fjall) er Hvarf heitir* i. e. ingens rupes (mons) quæ Hvarf nominatur", et Torfæus: „*strönd er Afhvarf heitir,* planities vel devergentia nomine Afhvarf, quod scilicet ex monte Hvarf vergat". Eggers vocem *stjarna* interpretatur: promontorium e longinquo conspicuum, a verbo *stara*, intueri, sed *Hafhvarf* ei est aut oræ marinæ exterior angulus, aut etiam pro mera vocis *Hvitserkr* depravatione habenda. Wormskjold vocem *stjarna* stellam polarem denotare censet, sed Graah eandem librarii mendo aut pro *þarna*, ibi, aut pro *staðr*, locus, positam opinatur, hunc sensum dictæ periodo attribuens: „hicce locus est ille, qui Afhvarf nominatur". Vocabulum *stjarna* vitio laborare, vix est dubitandum; vox *þarna* ibi non extitisse potest, sed *strönd*, *fjall* vel *staðr* sensui justo adaptari nequeunt. Ipsum vocabulum in principali nostro exemplari *E* pro incerto accipimus, quâpropter conjicere licet, quod Björn, in detritis illis foliis, istud perspicue legere nequierit, ac igitur tam adcurate, ut ei licuit, literarum ductus ad suum originale delineare tentaverit. Est igitur nobis quærendum tale vocabulum, cujus literarum formæ, ut alias in vetustis membranis occurrentes, aliud potuerunt efficere, quod rectum quidem primum scribebatur, sed abolitum fere ineptæ illi in ipsius apographis imitationi cedere coactum est. Pro tali

þá Drángey; þá Sölvadalr[1], hann er bygðr austast; þá Tófafjörðr, þá Melrakkanes; þá Herjúlfsfjarðarkirkja; þá [Hellissey ok[2] Hellisseyjarfjörðr; þá Ketilsfjörðr[3], tvær[4] kirkjur; þá Hrakbjarnarey, Lundey, Syllenda af Eyreksfirði; þá

Landet, dernæst Spalsund, dernæst Drangø, saa Sølvedal, som er den østligste Bygd, derpaa Tofefjord, saa Melraknæs, saa Herjulfsfjords-Kirke, saa Hellisø og Hellisøfjord, saa Ketilsfjord med to Kirker, saa Hrakbjörnsø, Lundø, Syllenda af Eriksfjord, saa Alptefjord,

deinde Spalsundum, deinde Drangeya, deinde Sölvadalus, qui ex tractibus habitatis orientalissimus est, tum Tovafjördus, tum Melrakkanesum, tum templum Herjolvsfjördi, tum Helliseya et Helliseyarfjördus, tum Ketilsfjördus, (ubi) duo templa, tum Hrakbjarnareya, Lundeya, Syllenda ex Eireksfjördo, tum Alptafjördus, Siglufjördus, (ubi) templum, Rafns-

1) Saulvadalr, þ; Solvadalr, *D*, *T*. 2) *om.* *D*, *T*. 3) Ketilsfjarðar, *Ketilsfjördi*, *D*, *T*, *G*. 4) II, *D*, *T*.

vocabulo vox *straumr* certe est habenda. Ductus literarum, in antiquis membranis Islandorum, in vocibus ſtraumr et ſtiarna inter se magnam habet similitudinem: r et i sæpe eadem fere gaudent figura, at [illegible] in nonnullis vetustis libris (e. gr. Cod. Arnæ-Magn. num. 66 in Fol., cujus specimen, æri incisum, sistit Vol. VII operis *Fornmanna Sögur*) literæ n simillimum est; interdum nota simplicis nominativi r innuitur signo parvulo, supra literam proxime præcedentem posito, quod facile lectoris observationem fugit; sequuntur porro quartam vocis literam quinque lineolæ, tam in duobus literis [illegible] quam in tribus rna; sic error ille facillime oriri potuit. Nos igitur vocabulum originariæ [illegible] lectioni *straumr* restituere non hæsitamus. Ei sequens dictio codicis principalis *E*, nimirum *hafhverf*, optime congrua est, quæ significat vorticem maris, diversis ejus at in unum confluentibus currentibus ortum. Hoc convenit quoque vulgari seculi XVIIIvi Grœnlandorum occidentalium relationi: quod ad orientalem Grœnlandiæ oram extiterit vortex maris, currentibus rapidissimis et glacie oceani fluitante circumdatus, *Eisschwelg*, Danice *Issvælg*, qui iis esset penitus impervius, ut ab eo semper abscedere cogerentur (Cranz *Historie von Grönland* I, 346). Hic locus jamjam existens Grœnlandis hodierni ævi vocatur *Puisortok*, a Graah nostro visitatus et descriptus; est etiam revera tam periculosus, ut interdum integris annis hominibus sit omnino invius (*Undersøgelsesreise til Østkysten af Grönland* p. 83 sq.); dicitur fretum, jam glacie tectum, olim in vicinia extitisse, at glaciales massæ, jam sæpe [illegible] ipso maris fundo repenter erigi, vel ejici. De eodem loco Walløe refert, ibidem verticem esse, magnos glaciales montes absorbentem, *en Malström, som svælger store Isfjelde*; ita vorticis marini denominatio isti periculoso loco non immerito attribuitur, illi Islando-grœnlandico *hafhverf* congrua.

Álptafjörðr[1]; Siglufjörðr[2], kirkja; Hrafnsfjörðr; þá gengr Slèttufjörðr[3] af Hrafnsfirði[4]; Hornafjörðr; Ófundinnfjörðr, þar er biskupsstóll, [*þá verðr hann að vera í botni Eyreksfjarðar*]; þá Eyreksfjarðar[5] kirkja; af honum gengr Austkarsfjörðr[6], kirkja[7], Hafgrímsfjörðr, Hvalseyjarfjörðr, — f. — f. — f.[8] úr Dýrnesi; þá Ísafjörðr; þar af gengr Útibliksfjörðr; þá Strandafjörðr; þá eru Miðfirðir næst bygðir[9]; þá[10] heitir einn[11] Kollufjörðr, annar Dýrafjörðr; þá[12] þorvallds-fjörðr, Steinsfjörðr[13], Bergþórsfjörðr. þá er VI daga róðr VI mönnum til vestri[14] bygðar sexæríngi[15]; [*þá telr*

Siglefjord med Kirke, Rafnsfjord; saa gaaer Slettefjord af Rafnsfjord, Hornefjord, Ufundenfjord, der er Bispestolen; [*den maa altsaa være i Bunden af Eriksfjord*]; saa Eriksfjords Kirke; af denne Fjord gaaer Austkarsfjord med Kirke, Hafgrimsfjord, Hvalsøfjord, ...f., ...f., ...f. fra Dyrnæs; derpaa Isefjord; derfra gaaer Utibliksfjord; derpaa Strandefjord; derpaa ere Midfjordene nærmest bebyggede; saa nævnes een Kollufjord, en anden Dyrefjord, derpaa Thorvaldsfjord, Steinsfjord, Bergthorsfjord; derpaa er der sex Dages Roning med sex Mænd paa en sexaaret Baad til den vestre Bygd; [*nu*

fjördus; tum Slettufjördus procedit ex Rafnsfjördo, Hornafjördus, Ofundinnfjördus, ubi sedes est episcopalis [*ita necessario fuit in intimo Eireksfjördi recessu*]; tum templum Eireksfjördi, ex illo procedit Œstkarsfjördus, (ubi) templum, Hafgrimsfjördus, Hvalseyarfjördus, ...f, ...f, ...f, ex Dyrneso, tum Isafjördus; inde procedit Utibliksfjördus[a]; tum Strandafjördus, tum Midfjördi proxime habitati sunt, deinde unus dicitur Kollufjördus, alter Dyrafjördus, tum Thorvaldsfjördus, Steinsfjördus, Bergthorsfjördus, deinde sex viris, hexerim agitantibus, sex dierum remigatio est

1) Klitafjörðr, *perperam*, þ. 2) Siglufjarðar, þ, *G.* 3) *vel* Slèttifjörðr, *E;* Slèttifjörðr, *D*, þ. 4) *sic T;* Hafursfirði, *E, D*; Haffursfirði, þ. 5) Einarsfjarðar, *D, T, G.* 6) Austkarsfjarðar, þ, *G.* 7) *om. D.* 8) H—.f., H.f., H.f. (?), *E*, þ; *absunt in G.* 9) bygðum, þ. 10) svá, *D, T;* sá, *G.* 11) *om. D, T;* elin, *perperam*, þ; Eki, *pravè*, *G.* 12) ok, þ. 13) ok, *et*, *add. G.* 14) vestr, *D.* 15) VIæríngi, þ.

a) Hoc nomen ab Eskimoico (Skrælingico) *itiblik*, i. e. isthmus, derivandum esse videtur; sic, Eskimoos quosdam Americanos illo tempore Grœnlandiam inhabitavisse, innuit.

þar upp firði]. Þá er úr hinni vestri bygð til Lýsufjarðar VI daga róðr; [Þaðan sex daga róðr[1] til Karlbúða; þá III daga róðr til Bjarneyjar[2], XII daga róðr umhverfis Bjarney[3], Eisunes, Æðanes fyrir norðan. Svâ er talit at CLXXXX[4] bygða sè í eystri bygð, XC í vestri.

opregnes Fjordene der]; derpaa er fra den vestre Bygds Begyndelse til Lysefjord sex Dages Roning, derfra sex Dages Roning til Karlsboder, derpaa tre Dages Roning til Bjarnø, tolv Dages Roning omkring Bjarnø, Eysunæs, Ædanæs der nordfor. Saaledes regnes det, at 190 Bygder (Gaarde) ere i den østre Bygd, 90 i den vestre.

in Vestbygdam; [*tum ibi sinus recensentur*[a]]; deinde ex Vestbygdæ terminis ad Lysufjördum sex dierum remigatio est, inde sex dierum remigatio ad Karlsbudas, tum trium dierum remigatio ad Bjarneyam[b], duodecim dierum remigatio circa Bjarneyam[c], Eysunesum, Ædanesum a borea. Sic numeratum est, centum nonaginta villas esse in Œstbygda, nonaginta in Vestbygda.

1) *ab* [*om.* Þ. 2) Bjarneya, *Bjarneyas*, *D in margine.* 3) *sic correctum;* „—ey" *E;* Ey, *D*, *T*, Þ. 4) 190, *D.*

a) Hæc verba, uti nos innuimus, interpolata sunt a Björne Jonæo, qui verisimiliter in antiquo libro nequiit legere nomina sinuum in occidentali Grœnlandiæ habitatæ parte, quapropter illa omisit.

b) *Bjarneyar* hic genitivus singularis nominis *Bjarney;* hic igitur, ut in Thorfinni Karlsefnii historiæ codice *A* (supra p. 138) tantummodo agitur de una insula, cum ejusdem historiæ codex *B* (p. 170) de pluribus loquatur: *til Bjarneyja*, ad Bjarneyas; *undan Bjarneyum*, a Bjarneyis.

c) Hujus nominis ultimam solam syllabam Björn Jonæus legere potuit, quod manifeste cernimus e codice principali *E*, qui ita se exprimit: „*—ey*", quod autem in reliquis exemplaribus, lineola omissa, et minuscula priori in majusculam mutata, scribitur perperam „*Ey*", ut nomen loci proprium repræsentet. Quod autem hic *Bjarney* sit legendum, omni dubio caret.

E. Descriptio Grœnlandiæ auctore Ivare Bardi filio.

Hæ relationes servatæ sunt ab archiepiscopo Nidrosiensi Erico Walckendorph, qui anno 1516, novam ad Grœnlandiam iterum inveniendam expeditionem moliens, varia ad hujus terræ descriptionem pertinentia collegit. Præter supra, pag. 282, allata manuscripta et editiones, quarum Estrupii ex manuscripto Regiæ Dresdensis Bibliothecæ, G. No. 52a sig-

nato, est desumta, aliæ versiones quædam adhiberi merentur. Habetur Anglica translatio, inserta libro *Purchas his Pilgrimes P. III London* 1625 p. 518 sq., ita inscripta: *A Treatise of Iver Boty, a Gronlander, translated out of the Norsh Language into High Dutch, in the yeere* 1560. *And after out of High Dutch into Low Dutch, by William Barentson of Amsterdam, who was chiefe Pilot aforesaid. The same Copie in High Dutch, is in the hands of Jodocus Hondius, which I have seene. And this was translated out of Low Dutch by Master William Sybre, Marchant, in the yeere* 1608 *for the use of me Henrie Hudson. William Barentsons Booke is in the hands of Master Peter Plantius, who lent the same unto me.* Quam multifariam nominum topographicorum in Danicis manuscriptis, et graviorem quidem in duobus horum vetustissimis editionibus depravationem consideremus, similis, et ex aliqua parte pessima, confusio in translatione, quæ tria porro diversi generis idiomata, Germaniæ, Belgii et Angliæ, permeaverat, minime erit miranda. At nihilominus dictam versionem vetustissimo cuidam originalis exemplari, quod bonas quasdam lectiones servaverat, superinstructam esse cernimus, quam igitur (*P* notatam) in hac collatione negligere noluimus. Addidit hujus transscripti auctor (p. 520), ipsam relationem in insulis Færeyensibus fuisse repertam, *in an old reckoning book written above one hundred yeeres ago.* Præcepta cursus navalis ad Grœnlandiam dirigendi inveniuntur etiam, Islandice expressa, in Appendice Arngrimi Jonæ Grœnlandiæ Islandicæ versionis, Skalholti 1688 editæ, quam quidem laudatus episcopus Theodorus Thorlacius, e singulis foliis Skalholti repertis se addidisse profitetur (*eptir nokkrum blöðum, sem fundust í Skálholti).* Produnt certe nonnulla vocabula, hoc fragmentum revera pro Danici originalis versione habendum, at tamen collatione dignum, cum antiquiori prototypo deberi videatur (*þ*). Ipsam Ivari descriptionem Latine vertit Torfæus in sua Grœnlandia pag. 41 sq. Is præter primariam Danicam versionem (verisimiliter n. 777a) et Clausenii editionem consuluit Islandicum quoddam exemplar, e Danico tamen sermone translatum, et insuper Germanicam versionem, Norimbergi anno 1679 excusam, auctore S. de V. (*Ausführliche Beschreibung Grönlands, p.* 16-18); singulæ hinc excerptæ variantes lectiones hic notantur *þ* et *G.*

SAA sigger vise Mend, som føde ehre udi Grönnland, och sist komne aff Grönnland, att norden aff Stad[1] udi Norge er VII Dagge Seyling rett udi Vester thill [Horns, som ligger østen[2] paa Island[3].

Item fraa Snefelsnes aff Island, [som er stackist till Grönnland[4], 2 Dage och thou Netters Seyling, rett i Vester att zeylle, och der[5] ligger Gunbjörnsschier[6] rett paa Mittveyen emellum Grönland och Island. Thette vaar gammell Seylling; en[7] nu er kommen Is[8] udaff landnorden[9] Bot-

SIC dicunt viri periti, qui in Grönlandia nati sunt et nuperrime ex Grönlandia advenerunt, ex boreali parte Stadi Norvegiæ septem dierum navigationem esse, recta versus occidentem, ad Hornum, in orientali Islandiæ litore situm.

Ab Snefelsneso Islandiæ, qua brevissimus in Grönlandiam trajectus est, duorum dierum et duarum noctium spatio navigandum est recto cursu versus occidentem[a]; ibique Gunnbjörnis scopulos invenies, inter Grönlandiam[b] et Islandiam medio situ interjacentes. Hic cursus antiquitus frequentabatur, nunc vero glacies ex recessu oceani euroaquilona-

1) Stadt, *B*, *C*. 2) *sic rectius N*; öfferst, *in Islandia qua altissime exsurgit*, *A et pl.* 3) *ab signo* [Austrhorns á Islandi, Þ; the East part of Island, called Hornnesse, *P.* 4) s. e. stackit t. G., *brevis*, *B*, *E*, *M*; och til Grönland er stackist Seilats ret i Vester, *N*; er stittst, Þ; ok er þat kallat, *et æstimatur*; *add.* Þ. 5) *sic N*; da, *ceteri.* 6) *sic correctum*, *Isl.* Gunnbjarnarsker; Gunbjernerschjer, *A*, *C*, *D*. 7) end, *B*, *C*, *D*; *Isl.* en; mens, *E*. 8) *sic B*, *C*, *E*, *M*; jschiff, *perperam*, *A*, *D*. 9) *Isl.* landnorðr.

a) Fons Islandicus harum observationum, quæ hic Grœnlandis indigenis adscribuntur, sic reperitur in *Saga Ólafs konúngs Tryggvasonar*, c. 112 (*Fornmanna-Sögur* I p. 234) cum qua igitur ille locus conferendus: „*Svá segja vitrir menn, at or Noregi frá Staði se VII dœgra sigling i vestr til Horns á austanverðo Íslandi; en frá Snæfellsnesi, þar sem skemst er til Grœnlands, IIII dœgra haf i vestr at sigla*, i. e. Periti viri dicunt, ab Stado Norvegiæ septem dierum navigationem esse, versus occidentem, usque ad Hornum orientalis Islandiæ, sed ab Snæfellsneso, qua brevissimus cursus in Grœnlandiam est, quatuor dierum navigationem occidentem versus". Est per se manifestum, translatorem Danicum tali vetusto, at forsitan magis prolixo, originali, et aliquot simul serius insertis notis usum esse. Is cæterum primo loco *VII dœgra sigling* recte vertit, at posteriore *IV dœgra haf* inepte et incongrue. Cfr. quoque *Landnámabók* (P. I c. 1), cujus tamen primordii nullum originale sive membranaceum exemplar existit. Hicce liber pro verbis *til Grœnlands* habet *til Hvarfs á Grœnlandi*, quas quidem voculas vel a Jone Erlandi filio, circa medium seculi 17mi florente, vel ab alio quodam librario, opinamur depravatas vel interpolitas esse.

b) Hoc certe de habitato Grœnlandiæ tractu est intelligendum. Insulæ *Gunnbjarnarsker* secundum Historiam Eiriki Rufi supra p. 12, cf. Historiam Thorfinni Karlsefnii p. 94 ut et Landnamæ P. II c. 14, juxta Grœnlandiæ continentis orientalem oram sitæ fuerunt.

nen[1] saa ner forschreffne Scher, att ingen kan[2] uden Liffs Fare denn gamble Leed seyle, som hereffter hörres.

Item fraa Langenes, som ligger nordist[3] paa Island [ved forschreffne Horn[4], ehr II Dagges och II Netters Seyling [till Svalbarde i[5] Haffsbotnen[6].

Item de som seyle ville [udaff Bergen rettledes[7] till Grönnland, och komme iche till Island, da schulle de zeylle rett udi Vester, saa lenge de komme synden ved Island till Reychenes[8], och da schulle de vere XII[9] Uger Søes sønder i Haffed aff forschreffne Reychenes, och saa med forschreff-

ri delata scopulos ante memoratos tam prope attigit, ut nemo sine vitæ discrimine antiquum cursum tenere possit, quemadmodum infra dicetur.

AbLangeneso, quod inIslandia, maxime septentrionem versus, juxta Hornum supra memoratum situm est; duorum dierum et duarum noctium navigatio est ad Svalbardum in Havsbotnis[a].

Qui Bergis recto cursu in Grönlandiam navigare, neque ad Islandiam appellere volunt, his recta versus occidentem navigandum est, donec venerint e regione Reykenesi, australis Islandiæ promontorii, ita ut duodecim milliaria maritima ab australi parte hujus promontorii absint[b], atque ita cursu, ut modo

1) *corr.;* Botnum, *E;* Trollebotnen, *M.* 2) *add. E.* 3) *sic N;* öfferst, *A et pl.;* norðaustan, Þ. 4) *sic E;* Horns, *A; ab signo* [er 18 Uger Sjöes til Österhorn; fra Österhorn, 18 *milliaria maritima ad Hornum orientale, et inde, N.* 5) *om. E.* 6) Hafbotn, *E.* 7) *Isl.* rèttleiðis. 8) *correctum; isl.* Reykjanes; Röchenes, *ubique A, D, E.* 9) 6, *E.*

a) Origo hujus observationis quærenda est in *Saga Olafs Tryggvasonar* l. c.: *en frá Lánganesi á norðanverðu Íslandi IIII (dægra haf) til Svalbarða i hafsbotn*, sed ab Langaneso Islandiæ borealis quatuor dierum cursus versus septemtrionem ad Svalbardum (frigidum litus) in Hafsbotnis (marinum sinum).

b) Has navigationis a Bergis ad Grœnlandiam regulas Historia Olavi Tryggvii filii l. c. præscribit: „*En svá er sagt, ef siglt er or Björgyn til Hvarfsins á Grœnlandi (i vestr fullt,* add. Cod. *C*), *at þá mun siglt vera tylft fyrir sunnan Ísland.* Si vero Bergis ad Hvarfum Grœnlandiæ navigatur, duodecim milliaria versus meridiem ab Islandia cursus distare dicitur". Sic etiam Codex Haukianus, qui tamen pro verbis *i vestr fullt* habet *rètt i vestr* eodem sensu. Landnama vetustissima has regulas prolixius sic præscribit: *Af Húsunum af Noregi skal sigla jamnan i vestr til Hvarfs á Grœnlandi, ok er þá siglt fur norðan Hjaltland, svá at þvi at eins sè þat, at allgóð sè sjávarsýn, en fur sunnan Fæ¦reyjar, svá at sjór er i miðjum hliðum, en svá fur sunnan Ísland, at þeir hafa*

ne Vesterlede schall hand komme under det höye Land udi Grönnland, som heder Hvarf; een Dag tillforn, för mand kand see forschreffne Hvarf, schall hand se ett andet höitt[1] Bergh[2], som heder Hvidserk; en under[3] forschreffne thou Fjelld, som Hvarf heder och Hvidserk, ligger edt Nes, som heder Herjulfsnes[4], och derved [ligger en Haffn, som hedder Sand[5], almindelig Haffn for [Normænd och Kjøbmænd[6].

Item scyller mand udaff Island, da schall hand thagge sinn Kaes fraa Snefelsnes, som ligger [een Thølldt Søes[7] vester lenger paa Island end forschreffne Reychenes, och scylle da rett[8] udi Vester een Dagh och een Natt, [en stevne siden i Sudvest[9], att fly forschreffne Is, som ligger ved Gunbiörnsscher,

dictum, occidentem versus continuato, ad altam Grönlandiæ terram, quæ Hvarvum dicitur, pervenient. Pridie quam antedictum Hvarvum conspexeris, alium excelsum montem, qui Hvidserkus appellatur, conspexisse debes. Sed sub ante dictis duobus montibus, qui dicuntur Hvarvum et Hvidserkus, promontorium jacet, Herjulvsnesum dictum, cui adjacet portus nomine Sandus, Norvegis ac mercatoribus communis.

Si quis ab Islandia navigat, ab Snefelsneso, qui duodecim milliaribus maritimis longius versus occidentem in Islandia jacet quam antedictum Reykenesum, cursum dirigere debet, et recta versus occidentem navigare uno die et una nocte[a], sed postea in libanotum cursum dirigere, ut glaciem scopulis Gunn-

1) hvítt, *album, M,* Þ. 2) snjófjall, Þ. 3) *proprie sub, sed h. l. forsitan id. qv. Germ.* unter, *inter;* mellem, *inter hos duos montes, E;* midli, *id.,* Þ. 4) *corr.;* Herrioldtznes, *A, B, C, D, E.* 5) den Sandhafn, *E;* Sandhöfn, Þ. 6) *the Norway Merchants Ships, P.* 7) een Tylt Söes, *B;* tólf vikur sjóar, Þ. 8) *abest in N.* 9) *secundum* Þ, *qui habet:* en síðan stefna i útsuðr; and after Southwest, *idem, P;* gandske lidet ved Sudvest, *paululum in libanotum flectens, A et pl.;* g. l. Vest Sydvest, *E, M;* ret i Nordvest, *B;* til Synders, *N.*

af fugl ok hval, i. e. Ex Husis Norvegiæ semper navigandum est occidentem versus ad Hvarfum in Grænlandia, cursu nimirum præter borealem Hjaltlandiæ oram directo, ut hæc tantummodo cernatur, quando oceanus visui facillime patet; at tamen e meridie Færeyarum, ita ut pelagus dimidia montium latera tegere videatur, sed tam procul a meridionali Islandiæ litore, ut aves et balænæ nautis appareant. Cum dictum marinum milliare (*vika sjófar*) uno et dimidio Danico vulgari milliari sit æquale, Graah et Wormskiold illam distantiam talium circiter vicenarium numerum facere recte concludunt.

a) forsitan *II dægr*, duobus nycthemeriis.

och siden een Dag och een Natt rett i Nordvest; och saa kommer hand rettledis under forschreffne höye Land Hvarf i Grönnland, som forchreffne Herjulfsnes och Sandhaffn ligger under.

Item den [østerste Bygd[1], som er udi Grönnland, ligger rett for Østen ved[2] Herjulfsnes, och hedder Skagefjord; det er en stor Bygd.

Item langt øster aff Skagefjord

björnis adhærentem evitet[a], deindeque uno die et una nocte recta versus japygem; sic recto cursu ad altam illam terram Grönlandiæ, Hvarvum, sub qua antedictum Herjulvsnesum et Sandhavnia sita sunt, perveniet.

Tractus habitatus Grönlandiæ, maxime in orientem vergens, Herjulvsneso proximus ab oriente est, Skagefjordus dictus, qui locus magnopere frequentatus est.

Longo ab Skagefjordo spatio ver-

1) *sic N;* Österbye, *A; Bye ubique in A et pl. pro* Bygd. 2) *abest in B.*

a) De glacie hic memorata prolixe tractat *Konúngs skuggsjá* (Speculum regale), cujus autem descriptionis brevem huc pertinentem particulam (pag. 173) lectori jam communicandam censemus: „*þeir ísar . . . liggja svá lángt undan landi, at þar verðr annattveggja fjugurra daga leið eðr fleiri, at menn fara á ísum til lands. En þeir ísar liggja meir í landnorðr eðr til norðrs fyri landinu, heldr en til suðrs ok útsuðrs eða til vestrs, ok fyri því skal um land sigla, hverr er vill landinu ná, til þess hann er um kominn alla þessa ísavon, ok sigla þaðan til landsins. En iðugliga hefir menn þat hennt, at þeir hafa of snemma landsins leitat, ok hafa þeir fyri þat í þessa ísa komit, en síðan hafa sumir tínzt, en sumir hafa ok úr komizt, ok höfum vèr nokkura sèna af þeim, ok heyrt þeirra ræður ok frásagnir. En þat hafa allir til ráðs tekit, þeir sem í ísavolkit hafa komit, at þeir hafa tekit sína báta, ok dregit á ísana upp með sèr, ok hafa svá leitat landsins, en hafskipit ok allr annarr fjárlutr, þá hefir þar eptir dvalizt ok tínzt; en sumir hafa ok úti búit síðan á ísum, áðr en þeir hafi landi náð, IV dága eðr V, en sumir lengr;* i. e. Glacies ista . . . tantum a continente distat, ut quatuor aut plurium dierum itineri terram versus conficiendo sufficiat; caurum et aquilonem, magis quam libanotum aut occidentem versus semet exporrigit, ideoque continentem, qui hujus compos fieri cupit, libanotum et occidentem versus præternaviget, et, ubi se glaciem præterlegisse videt, cursum illico ad terram dirigat. Interim sæpiuscule accidit, ut continentem nimis mature petentes in glaciem impegerint, quorum alii perierunt, alii vero evaserunt. Horum nonnullos vidimus et relationes eorundem audivimus. Quotquot autem periculis glaciei irretiti evaserunt, id consilii duntaxat ceperunt, ut scapham secum in glaciei superficiem eduxerint, continentem hoc pacto quæsituri, corbita cum onere reliquo deserta et pessum dein eunte. Prius autem quam terræ compotes fuerint naufragi, quatuor dies, quinque, vel etiam plures, quibus sub dio superque glacie commorandum erat, effluxerunt".

[ligger en Fjord, och er iche bygt[1], som hedder Berefjord[2], och framb i Fjorden ligger ett langt Reff[3] thvertt for Indgangen, saa at ingen store Schiff maa der indkomme, uden daa stoer Ström ehr; och tha nar stoer Ström løber, løbe der utallige Hvalle; i den samme Berefjord vantter[4] aldrig Fische; udi den samme Fjord er allmindelig Hvaellfischeri, och dog mett Biscopens Loff, thi Fjorden ligger till Dombkierchen. Och udi den Fjord ligger[5] en stoer Høøll[6], enn[7] Hvaells-Høøl, och første Søenn [gaar ud[8], daa løber all Hvallfischen i thend samme Høøll.

Item øster lenger fraa forschreffne Berefjord ligger enn Fjord, som hedder Öllumlengri[9]; hand er móó[10] udenfore och megett bredere inden till; hand er saa lang, att ingen ved Ende paa hannem; hand haffver ingen Ström i sig; hand er fulld med smaa Hollme; der ehr noch Fugle och Egh; der er slett Land paa bade Sider, voxitt med grönntt gres, saa langt som nogen Mand der farer[11].

Item øster lenger till Issbergen[12] ligger en Haffn, som hedder Finsbu-

sus orientem sinus est, nullis coloniis frequentatus, dictus Berefjordus, in cujus sinus ostio longæ syrtes in transversum patent, ut nulla majora navigia, nisi maximis æstibus, ingredi possint; maximo vero æstu incidente, immensa cetorum multitudo in sinum incurrit. Eodem Berefjordo copia piscium nunquam deest. Est in eodem sinu publica cetorum captura, tamen cum venia episcopi, nam sinus templo cathedrali proprius est. In hoc sinu ingens est vorago, cetorum dicta, in quam ceti recedente æstu incurrunt.

Longius orientem versus ab antedicto Berefjordo alius sinus est, dictus Omnium-longissimus, qui ab angusto aditu in vastius spatium diffusus, tantum in longitudinem patet, ut finem ejus nemo noverit. Hic nullo æstu agitatus, parvis insulis scatet, magna avium et ovorum abundantia; utrinque planities campestris, quæ quantum progrediare viridi gramine vestita est.

Longius versus orientem ad molem usque glacialem portus est, dic-

1) en Bygd, *B*; er en Bygd, *sinus habitatus est*, *E*. 2) *corr.*, *Isl.* Berufjörðr; Berrefjord, *A*, *C*, *D*; Beare Ford, *P*. 3) Land ret, *terra*, *E*. 4) *sic A*, *B*, *C*, *D*, *E*; *Isl.* vantar. 5) er, *E*. 6) *Isl.* hylr. 7) och heder, *quæ nominatur*, *B*, *E*, *M*, *N*. 8) beginder at indgange, *æstu influere incipiente*, *B*; derudi indfalder, *id. N.* 9) *sic* Þ; Allum lengri, *A et cet.* 10) *Isl.* mjór; small, *B*, *C*, *D*, *E*. 11) *corr.*; faar, *A*; farit haffver, *B*. 12) Isberget, *B*, *E*.

der[1], saa kallit, fordi att i St. Olluffs[2] Thid brød der ett Schiff, som allmindig Røgte ganger end udi[3] Dag udi Grönland, [at oppaa[4] det Schib var St. Olluffs Smasvend, och hand druchnede der med de andre,

tus Finnsbudæ, ita dictæ, quod jam ætate Olavi Sancti navis aliqua eo loco naufragium fecit, qua navi vectum Sancti Olavi ministrum cum nonnullis aliis mari periisse vulgata adhuc in Grönlandia fama refert[a],

1) *corr.;* Fimbudr, *A, D;* Friudbuder, *B;* Fimbuder, *C, E;* *abest in M;* Fúnkabúðir, *Þ;* Feudebother, *P.*
2) Olufs, *B.* 3) thenne, *add. B.* 4) *Isl.* uppá; och paa, *B.*

a) Hic loci nomen *Finsbuder* (*Finnsbúðir*) pro Danicæ versionis *Fimbuder* vel *Fimbudr* restituere minime hæsitamus. Historia Norvegica Finni cujusdam, qui aliquando Sancti Olavi famulus fuerat, ita meminit: Hic rex anno Christi 1017 quinque Uplandensium regulos, contra ipsum, propter nimis severam christianismi ab eo tentatam introductionem, rebelles, Ringisakri captivos reddidit. Unum dictorum regulorum, Rœrekum, ipsi Olavo cognatum, hic monarcha occæcare fecit, at istum tamen in propria sua aula satis laute hospitare sivit. Eodem tempore ibidem vixit vir quidam, nomine Finnus, cognomine Parvus, minimæ corporis staturæ, tanta vero pedum pernicitate, ut nullus equus eum cursu assequi posset, artis peritissimus xylosoleis labendi et arcu jaculandi. Hic, ut dicitur, in Uplandia erat natus, at Finnica (sive Lapponica) familia ortus. Fuerat antea Rœreki fidus subditus, quem etiam captivum fallere nolens, ipsius pueris et famulis se adjunxit, quacunque data occasione se in colloquium et famulitium infelicis hujus regis insinuavit, et sæpe cum eo sermones habuit, fugam ejus ita moliens et præparans. Finni consiliis et auxilio fretus Rœrekus tandem revera noctu aufugit, duobus prius Olavi regis satellitibus cæsis. Re comperta reliqui satellites regis fugitivos persequebantur; tum Finnus Parvus Thorerem, cohortis regiæ præfectum, ita sagittæ ictu feriit, ut confestim mortem oppeteret, at se ipsum, cum cæteris, fuga festinanter salvavit, solo illo cæco regulo in navis puppi relicto. Rœrekus iterum in Olavi potestatem redactus, laute, ut antea, habebatur, at nihilominus novas parabat fraudes. Festo proximo ascensionis, cum rex Olavus Tunsbergi missam meridianam celebraret, Rœrekus ipsum sicâ trucidare tentavit. Hoc crimine frustrato, Olavi regis consiliarii eum hortabantur, ut Rœrekum interfici juberet, quem tamen ille, ut sibi cognatum, supplicio tradere noluit, at aliud cepit consilium. Islandus quidam Thorarin Nevjulvi filius, ex insulæ parte boreali oriundus, insignis navigator, tunc temporis in regis aula hospitavit. Sequens inter eos colloquium literis est mandatum: dixit Thorarin regi, qui promissam pignore optionem sibi præstandam contendit: „Hic verum esse probatur proverbium, dictum domini multum valere; tu vero quam petitionem a me optare aut accipere vis? Rex: hanc ut Rœrekum in Grœnlandiam deportes, et Leivo Brattahlidensi tradas. Thorarin: ego vero nunquam in Grœnlandiam navigavi. Rex contra: adeo tempus est, ut in Grœnlandiam naviges, si non antea eo venisti, cum navigationibus tantam operam dederis. Faciam, ait Thorarin, ut audias, domine, quid abs te fuissem petiturus, si pignore vicissem. Imo, ait rex, facias velim. Petere volo, ut inter aulicos tuos reci-

och de som daa effterleffde, groffve der nedr de Døde, och reste der op store Stenkors[1] paa de Dødes Graffver, och de stande enn udi Dagh.

Item øster lenger till Isbjergen[2] ligger en stor Øe, som hedder Kaarsøøe[3]. Ther er allminnig Jactvedtschaff effter hvide Björne, och da med Bispens Orloff, thi den Øe høerer Dombkierchen till. Da er

superstites vero mortuos sepilivisse et super horum sepulcris cruces magnas lapideas erexisse, quæ hodieque ibi stant.

Longius orientem versus proficiscenti ad molem glacialem obvia est magna insula, dicta Korsöa, ubi publica est alborum ursorum captura, permissu tamen episcopi, quod ea insula peculium est ædis cathe-

1) Stene, *lapides*, *E*, *M*. 2) Isbjerget, *E*; Isbjergene, *B*. 3) *Isl.* Krossey; Korsöe, *E et pl.*; Raansöe (Raasöe eller Ramsöe), *N*; Ránsey, *Þ*; Corse Hought, *P*.

piar, quod si abs te impetravero, multo magis teneor, hanc profectionem, aliudve quod a me postulare velis, non negligere. Quod cum rex affirmasset, Thorarin inter aulicos regis Olavi receptus est. Vere sequente Thorarin promissum iter instituit, sic quidem ex historici nostri propria relatione: „*Hann sigldi fur sunnan Ísland, ok hafði vita af landi, ok svá vestr um landit i Grænlandshaf; fèkk hann þá rètti stóra ok válk mikit. En er á leið haustit, tók hann Ísland i Breiðafirði*, i. e. Islandiam (e Norvegia australi navigans) a meridie ita adpropinquavit, ut terram in vicinia esse animadverteret, eandemque versus occidentem prætervectus, cum oceano Grænlandico se commisisset, pelago sæviente et magna jactatione actus est, procedente vero autumno in Breidafjördum Islandiæ appulit". Rœrekum, ut rex Olavus jusserat, si isti in Grœnlandiam pervenire non liceret, Thorarin duorum Islandiæ magnatum curæ mandavit; horum auspiciis iste postea in hac insula quietus mansit ad diem usque emortualem, præcipue in villa quadam minore, dicta *Kálfskinn*, ex ipsius optione, cum ibi, a familia plebeja, summa semper reverentia tractaretur; solus regum adhuc in Islandia est humatus (*Fornmanna Sögur*, IV 151, 167-177). De fidissimo illo Rœreki amico, Finno Parvo, post eorum supra memoratam separationem, historia Norvegica tacet, unde concludere licet, eum in Olavi regis aut ejus militum potestatem nunquam redactum esse; est autem, e nostra sententia vero simillimum, quod Finnus, dilectum suum dominum in Grœnlandiam, tunc temporis Norvegiæ regi non subjectam, pervectum autumans, at ipse in Norvegia proscriptus, cum reliquis sodalibus, qui Olavi iram evadere potuerunt, nave confestim parata, ea Grœnlandiam petiverint; infelix hujus itineris eventus ex Ivaris nostri Bardsonii relatione patet, cum in textu nominet locum *Finnsbúðir*, Finni casas vel diversoria, addens, eum tale nomen a Finno, sancti Olavi *parvo* circumpede traxisse, at nos nullum alium dicti regis famulum, de quo illa referri possent, noscere contigit. Monstrat cæterum illud locale nomen, quod Finnus Parvus cum suis, primo naufragio elapsus, casas illas struxerit; posterius igitur, ut noster tradit, aut piscaturam aut aliam navigationem exercens, undis cum pluribus sociis est demersus. Hoc Finni Parvi in Grœnlandia orientali naufragium anno Christi 1018 probabiliter est adscribendum.

indted øster lenger, da mand kand see, uden Is och Sne bade till Land och Vand[1].

Item at komme till den Materiem, som föere rørtt er, om Bygder[2] paa Grönnland, som sagt var om Bygder paa Grönnland, at Skagefjord er [østerst Bygd[3] paa Grönnland østen Herjulfsnes.

Item for Vesten[4] Herjulfsnes ligger Ketilsfjord[5]; och der er fulld bygt; och oppaa høgre Hand, som mand indseigler i Fjorden, ligger ett stort Os[6], som [store Ellffver[7] løbe udi; hos den Os stander en Kierche[8], som hedder Auroos[9] Kierche, som vigt er till det hellige Kaars; hun eyer alt ud till [Herjulfsnes, Öyer[10], Holmer, Vragh, och allt [ind til[11] Peiters[12] Viigh.

Item ved Peitersvig ligger en stoer Bygd, som hedder Vatnsdal[13]. Ner[14] den Bygd ehr edt stoertt Vand[15], thou Vegger[16] Søes brett, fulltt med Fisch. Peitersvig Kierche eyger al Vatnsdalsbygd.

Item end fraa den Bygd lig-

dralis. Longius versus orientem nihil præter glaciem et nivem terra marive conspici datur.

Ut ad rem, quam supra attigimus, de coloniis Grönlandiæ, redeamus, jam supra provinciarum Grönlandiæ mentionem facientes indicavimus, Skagefjordum, ab orientali latere Herjulvsnesi situm, ex habitatis Grönlandiæ tractibus orienti esse proximum.

Ab occidentali latere Herjulvsnesi situs est Ketilsfjordus, totus coloniis refertus. Sinum ingredienti a dextra ingens ostium situm est, in quod magni fluvii se exonerant. Prope ab hoc ostio templum est, dictum templum Arosi, sacræ cruci consecratum, quod templum ab exteriori parte omnia ad Herjulvsnesum usque possidet, insulas, scopulos, marisque ejectamenta, ab interiori parte omnia ad sinum usque Petri.

Ad *sinum Petri ingens tractus* habitatus situs est, dictus Vatsdalus, prope quem tractum amplus lacus est, piscibus abundans, latus duo milliaria maritima. Templum Petri totum tractum Vatsdalensem possidet.

Haud procul ab hoc tractu ingens

1) Strand, *B.* 2) *corr.*; Byer, *A et pl.* 3) *corr.*; Österby, *A*, *B*, *C*, *D.* 4) *Isl.* fyri vestan; vestenfor, *B.* 5) *sic E*; *Isl.* Ketilsfjörðr; Kjeldeltsfjord, *A*; Kedelfjord, *B.* 6) *sic M*; Aas, *B*, *E*; Aa, *M*; Foss, *cataracta*, *A.* 7) en stor Elff, *amplum flumen*, *M*; a great streame, *P.* 8) a great Church, *P.* 9) *Isl.* Arós; Ocuostie, *M*; Korskirke, *N*; Krókskirkja, Þ. 10) *sic cet.*; Herjulfs-Öeun, *A.* 11) *sic B*; indtill, *A*, *E.* 12) Peitthers, *B*; Peters, *E.* 13) *correctum secundum Codicem Flateyensem (supra p. 281)*; Verdsdall, *A et ceteri perperam pro Vandsdal*; Wartsdale, *P*; Vandsdallebygd, *N*; Vandalabygd, Þ, *G.* 14) Nordenfor, *a septentrione*, *M.* 15) *Isl.* vatn, *lacus.* 16) *Isl.* vikur; Uger, *E.*

ger edt stortt Closter, som Canonici Regulares ere udi, som vigt er thill St. Olluff och St. Augustinum. Clostered eyer alt [ind i Bottnen[1] och alt ud paa den anden Side.

Item nest Ketilsfjord[2] ligger Rafnsfjord[3], och langt ind udi den Fjord ligger edt Søster-Closter Ordinis Sancti Benedicti; det Closter eger alt ind i Bottnen och ud fraa Voge Kierche, som (vigt) er till St. Olluff Konningh. Voge Kierche eger alt Land Fjorden udenfore. Ind i Fjorden ere mange Hollme, och Klostered eger alle sammen Heltten med Dombkierchen; udi disse Hollme er meget varmbt Vand, som om Vintteren ehr saa hitt, att ingen [maa komme neer[4], men om Sommeren ehr det vell till Made hett, saa att mand maa der baade udi, och mange fanger der Helseboed, och bliffver karsche och fanger Helseboed aff Sotter.

Item der nest ligger Einarsfjord[5], och emellum hannem och forschreffne Rafnsfjord ligger en stoer Hoffgaard, som høerer Konningen till, och den Gard hedder Foss; och der stander en

monasterium situm est, a Canonicis regularibus habitatum, Sancto Olavo et Sancto Augustino consecratum. Monasterium a parte interiori omnia ad finem sinus, omniaque exterius ab opposito latere possidet.

Proximus Ketilsfjordo est Rafnsfjordus, in cujus interiori recessu cœnobium Sororum ordinis Sancti Benedicti situm est. Quod cœnobium a parte interiori omnia possidet ad finem usque sinus, a parte exteriore ab templo usque Vogensi, quod Sancto regi Olavo sacrum est. Templum Vogense omnem terram ab exteriori sinus parte possidet. In sinu interiori multæ sunt parvæ insulæ, quarum omnium partem dimidiam cœnobium, alteram dimidiam templum cathedrale possidet. Hæ parvæ insulæ calida aqua abundant, quæ hieme adeo fervent, ut nemini prope accedere fas sit; æstate temperatæ sunt, ut lavacri usum præstent, multique sanitati restituantur et ex morbis convalescant.

Proximus huic situs est Einarsfjordus, inter quem et ante dictum Rafnsfjordum magna jacet villa principalis, quæ regi est; ei villæ nomen Foss. Hic splendidum tem-

1) Indbotnen i Landet, *B*; ud til Botnen, *E*. 2) Kedeltzfjord, *A*; Kidelfjord, *B*. 3) *corr.*; *Isl.* Rafnsfjörðr; Ranipnesfjord, *A*, *B*, *E*; Rampnesfjord, *C*, *D*; Rampefjord, *M*; Rumpeyjarfjörðr, Þ. 4) kan der bade, *ibi lavari liceat*, *M*. 5) *corr.*, *Isl.* Einarsfjörðr; Eynerfjord, *A*, *C*, *D*.

kostelig Kierche, vigt till Sanctum Nicolaum, som Konningen haffver att forlenne; och der ner ligger en stoer Fischesøe fulld med Fisch, och thaa nar stortt Vand och Regen kommer, och nar det Vand udfallder[1] och mindsches, daa bliffver der utalig meget Fisch liggendis igen paa Sandet[2].

Item da mand indseyler paa venstre[3] Hand ind udi Einarsfjord, ligger enn Vig, som hedder Thorvaldsvig, och end lenger[4] i Fjorden ligger paa samme Side edt[5] Nes, som hedder Klining[6], och [end lenger[7] ligger enn Vig, som hedder Grauevig[8], [och fraa Grauevig[9] end

plum stat, sancto Nicolao sacrum, cui rex sacerdotes præficit. Jacet ibi in vicinia ingens lacus, piscibus abundans, qui cum æstu marino et imbre restagnavit, aqua refluente et descrescente magna piscium copia in arena remanet.

Einarsfjordum ad sinistram ingredientibus brachium maris est, dictum Thorvaldsvig; adhuc magis introrsum ad idem sinus latus promontorium jacet, dictum Kliningus[a]; inde magis introrsum brachium se inserit, dictum Grauavig[b], intra quam aliquanto spatio magna

1) *corr. secundum N;* indfalder, *ceteri.* 2) thend thörre Grunndt, *in fundo arido, M.* 3) vester, *occidentalem, M.* 4) ind, *add. E.* 5) lidet, *parvum, add. B, E, M, N.* 6) Klening, *B;* Kleineng, *C;* Kleining, *E; N sic habet:* Naar man löber ind i Lynesfjord, der ligger et lidet Næs i Fjorden om Bagbord (*ad sinistram*), heder Klining, *N.* 7) lenger ind, *B.* 8) Graavig, *Eggers;* Granvigh, *E;* Grannevig, *M;* Grantevig, *N;* Granwike, *P;* Grandevig, *B;* Grantvig, *C;* Grenjuvík, *Þ.* 9) *abest in B, C, E.*

a) *Klining* vel *Kliningr* lingua veteri boreali hoc nomen verisimiliter audivit; *klining* adhuc Islandis, et Danis quoque, est illinitio, glutinatio, inquinatio, et *kliningr*, Danice quoque *Klining*, linimentum, glutinamentum, lætamen terræ, a verbo *klína*, illinire, allinere, inquinare. Promontorium illud probabiliter abundavit aliquo argillæ, calcis aut limi genere, vel *murorum constructioni* vel *terræ lætamini* apto.

b) Nomen hujus sinus multis modis scribitur, quorum quisque per se non improbabilis videtur, sic 1) *Grauevig* (*Grafavík*), sinus fossarum vel sepulchrorum, a. v. *gröf*, pl. *grafir.* 2) *Graavig* (*Grávík*) sinus (glacie vel nive concreta) canus, griseus aut glaucus, ab *grár*, fœm. *grá.* 3) *Granvik* olim forsitan audiit *Granavík*, aut a nom. propr. masc. *Grani*, aut etiam a gen. pl. v. *grön* (pl. *granir*), mystax, barba, pili longiores aliquot animalium, barbamento non absimiles, e. gr. felis, phocæ, lutræ et pl. 4) *Grandevig* (*Grandavík*), sinus isthmo vel *terræ lingula præditus aut propinquus.* 5) *Grenivík* (Dan. *Granvig*), ut villa quædam et sinus in Islandia boreali, sinus abietis, a ligno hujus generis ejectitio, vel etiam *Grenvik* aut *Grenjavík*, s. vulpecularum latibuli aut fovearum.

lenger ligger en stoer Gard, som hedder Daler[1], och hoer Dombkierchen till. [Och oppaa høgre Hand, som indzeylles udi Fjorden[2] till Dombkierchen, som stander ind udi Botnen[3], ligger en stoer Schouff, [och hører Dombkierchen till; udi den samme Schouff[4] haffuer Domkierchen alt sitt Femett baade stordt och smaa; Dombkierchen eyer alld Einars Fjord och sammeledes denn store Øee, som ligger udenfore Einarsfjord, och hedder Renøøe[5], saa kaldit, fordi om Høsten løbe der utallige Rendjuer; der er almindelig Vedschaff, och da[6] iche uden Bischopens Orloff. Och paa den Øe ehr (de) beste Talgesteen[7], som paa Grönnland sees, saa natturlig gode att de gjöre deraff Gryder och Kander, och er saa stadig Steen, att Illden kand den iche fortere, och gjöres der saa store Kander[8] aff een[9] Steen, som X eller XII

villa est, dicta Dalus[a], templi cathedralis possessio. Sinum ingredienti petentique templum cathedrale in intimo sinus recessu situm, a dextra est ingens sylva, ædi cathedrali propria, in qua sylva omnia templi cathedralis pecora magna parvaque pascuntur. Templum cathedrale totum Einarsfjordum possidet, item ingentem illam insulam, quæ Einarsfjordum præjacet, dictam Rensöam[b], quod tempore autumnali multi eo maclides concurrant; ibidem venatio communis, neque tamen nisi permittente episcopo. In eadem insula sunt saxa sectilia omnium quæ Grönlandia fert præstantissima, tam sequaci materia, ut inde ollæ et canthari conficiantur, tamque durabili natura, ut injuriam ignis contemnant; ex uno tali saxo canthari, decem vel duodecim doliorum capaces, conficiuntur. Longius versus occiden-

1) *sic N*; Daller, *A*, *E*. 2) samme Fjord. *B*, *E*, *ab signo* [Og om Skifbord (*ad dextram*) som indseglis paa Fjorden, *N*. 3) *sic B*, *E*; Bonnen, *A*. 4) *ab* [der, *ibi*, *B*. 5) Reignöe, *B*; Rönöe, *C*; Rindsöe, *N*; Rinsey, *Þ*. 6) doch, *B*, *E*. 7) *sic B*, *M*, *N*; Kelljesteen, *quod in A est*, *haud dubie scribendum* Telljesteen. *Ceteri codd. eandem vocem variè scribunt*, Thelljesteen, *C*, Tæljesteen eller Vegsteen, *E*, *et A alibi* Thoeligesteen; *unde apparet, vocem Islandicam fuisse* tálgusteinn (*id. q. Dan.* Vegsteen, *lapis mollis*), *cfr. Fornmannu Sögur* V, 215. 8) Kar, *B*, *E*; Fattes, or Cisternes, *P*. 9) den, *hoc*, *E*.

a) *Dalr*, vallis, commune nomen multarum villarum tam in Scandinavia et Scotia, quam in Islandia.

b) *Renø* (*Reinsey*), rangiferi vel rangiferorum insula, a v. *hreinn*, *reinn*, rangifer, (Islandis olim et Norvegis pro nomine proprio masculino quoque usitato).

Tønner ganger udi. Och daa vester lenger for[1] Landet ligger en Øe, som hedder Langoe, och i den Øe ligger VIII store Bundegarde. Dombkierchen eyer alld Øen uden Thienden; Thienden ligger till Hvalsøe Kierche.

Item nest Einarsfjord ligger Hvalsøerfjord[2]; der ligger en Kierche, som hedder Hvalsøefjords[3] Kierche; hun eyer ald Fjorden, och saa alld Kambstadefjord[4], som nest ligger. Udi denne Fjord er en stoer Hoffgard, som Konningen hører till, och hedder Thjodhildestad[5].

Item dernest ligger Erichsfjord, och først i Fjorden ligger en Øe, som hedder Eriksøe[6]; hun hører Hallfdellen Dombkierchen till och Hallfdellen Dyurenes[7]-Kierche till; Dyurenes Kierche ehr denn störste Kierche Sogn, som paa Grönnland ligger, och ligger den samme Kierche paa Vesterhanden[8], som mand

tem insula continentem præjacet, dicta Langöa[a], in qua octo grandia prædia rusticana sunt. Templum cathedrale totam insulam possidet, exceptis decimis, quæ templi Hvalsöensis sunt.

Proximus Einarsfjordo est Hvalsöerfjordus[b], *in quo templum est*, dictum Hvalsöefjordense, quod totum hunc sinum, totumque qui proxime adjacet Kambstadefjordum[c] possidet. In hoc sinu magnum jacet prædium regium, dictum Thjodhildestadus[d].

Huic proximus est Eriksfjordus, in cujus ostio insula quædam sita est, dicta Eriksöa, cujus pars dimidia templo cathedrali, altera dimidia templo Dyrnesensi subjacet. Cœtuum sacrorum, qui in Grönlandia sunt, templi Dyrnesensis[e] frequentissimus est, quod templum ab sinistro latere Eriksfjordum ingredienti situm est. Templo Dyrnesensi

1) fra, *a*, *E*. 2) *Isl.* Hvalseyjarfjörðr; Hvalsöefjord, *B*, *E*. 3) St. Arons, *M*. 4) *sic corr.*; Rambstadefjord, *A*, *D*; Ramstadfjord, *B*, *E*; Ramstaðarfjorðr, Þ; Rammestedfjord, *N*; Romse Ford, *P*. 5) Thyodhyllestad, *A*; Thjodillestad, *B*, *E*; Hellestad, *N*. 6) *sic correctum secundum P:* an high Land called Ericks Hought; Hæriöö, *A*; Henöe, *B*; Herey (ab *hèri*, lepus), *E*; Heröe, *M*. 7) Djurnæs, *B*, *E*. 8) den venstre Haand, *ad sinistram*, *E*; om Skibsborde, *N*.

a) *Lángey*, insula longa.

b) *Hvalseyjarfjörðr*, sinus insulæ ceti.

c) *Kambstaðir*, pectinis aut montis ita formati locus. *Ramstaðr* vel *Ramstaðir*, quod tamen nomen verisimiliter depravatum est, locus aut habitaculum fixum vel firmum.

d) *Thjodhildestad* (*Þjóðhildarstaðir*), quæ villa ita probabiliter appellata est ■ Thjodhilda (populi Bellona vel defensatrice), quod nimirum nomen uxor Eiriki Rufi cum baptismi christiani sacramento accepit, prius Thorhilda (Thori dei Bellona) vocata; cf. supra p. 90.

e) *Dýrnes*, promontorium animalium, ■ v. *dýr*, fera.

indseyller i Erichsfjord. Dyurenes Kierche eyer aldt[1] innd udi Mittfjord; Mittfjord schjuder ud fraa Erichsfjord rett udi Nordvest; och ind lenger udi Erichsfjord ligger Solefjellds[2] Kierche; hun eger ald Mittfjord. Da lenger ind i Fjorden ligger Leyder[3] Kierche, hun eger alt ind i Botnen och saa ud paa den anden Side till Burfjelld[4]; och alldt ud fraa Burfjeld hoerer Dombkierchen till. Der ligger en stoer Gard, som hedder Brattelede[5], som pleyer Lagmader[6] att i boe.

Nu sigges derefftter at fare till [Øyer. Vester lenger[7] fran Langøe ligger fire Øer, som hedder Lambøer, (och Lambøer) Sund, och derfor hedder det Lambøer Sund, *(fordi)* det Sund ligger imellum Lambøø och Langøe. Da ind lenger till Erichsfjord ligger edt andet Sund,

omnia Midfjordum usque subjecta sunt; Midfjordus[a] ex Eriksfjordo recta in japygem infunditur. Longius inde in Eriksfjordo situm est templum Solfjallense[b], cui totus Midfjordus subjectus est. In sinu interiori longius situm est templum Leidense (curiale)[c], cui omnia ad finem usque sinus, et ab adverso latere usque ad Burfjallum[d] subjecta sunt. Omnia, quæ ab exteriori parte Burfjalli sunt, templum cathedrale tenet. Ibi situm est ingens prædium, dictum Brattelida, ubi prætor domicilium habere solet.

Hinc proficiscens in insulas proficisci dicitur. Longius versus occidentem ab Langöa quatuor insulæ jacent, dictæ Lamböæ, item fretum Lamböense[e], sic dictum, quod inter Lamböam et Langöam intercedat. Ab interiori parte propius Eriksfjordum aliud fretum situm est, dic-

1) midt, *add. E.* 2) Saltfjalls, Þ. 3) *Isl.* Leiðar, *a* leið, *tribus*; Leirdals, Þ. 4) Brofeldts, *B*; Burefjeld, *N*; Burafjall, Þ. 5) Bratlede, *B*; Bratlide, *E.* 6) *corr.*; Ladmader, *A.* 7) *sic E*; Öer vester lengere, *plurimi.*

a) *Miðfjörðr*, medius sinus, a voce *miðr*, medius.

b) *Solefjeld*, olim *Sólarfjall* vel *Sólarfjöll*, solis (i. e. apricus) mons vel montes, villa insignis veteris Grœnlandiæ in scriptis Islandorum narrationibus celebrata.

c) *Leider-Kirke*, olim *Leiðar kirkja*, verisimiliter a nomine loci *Leið*, via, vel etiam forensis locus, sive publico conventui, ejus speciei, qui olim *leið* vocabatur, addictus; priori sensu vox hæc convenit Svec. et vet Dan. *Led*, via, Anglosax. *leað*, *laðe*, cognatum Angl. (*to*) *lead*, at posteriore Angl. *leet.*

d) *Búrfjall*, caveæ, cameræ, conclavis aut penuarii mons, a v. *búr*, olim quoque habitaculum, a v. *búa*, habitare; quod nomen pluribus in Islandia montibus et villis contigit.

e) *Lambøer*, olim *Lambeyjar*, *Lambaeyjar*, agni vel agnorum insulæ, ab Isl., Svec., Anglosax. et Angl. *lamb*, agnus.

som hedder Fossasund. Disse forschreffne Øer hoerer Dombkierchen till, och forschreffne Fossasund ligger i Indgangen till Erichsfjord.

Item der[1] nordenfor Erichsfjord ligger thou Vigger, som hedder Ydrevig [och Indrevig[2]; thi de ligge saa till.

Item dernest norden ligger Bredefjord och i den Fjord ligger Mjoefjord[3], tha norden lenger Eirarfjord[4], dernest Borgerfjord[5], da Lodmunderfjord, [tha nest och vesterst[6] aff Østrebygden, ligger Issefjord. Alle desse Øer[7] ehre bøgde.

Item fran Østerbygd och till Vesterbygd er en Tølt Sjøes, och alt ubygt. Och da fram udi Vesterbøgt stander en stoer Kierche, som hedder Stensnes[8]-Kierche; den Kierche var en Stund Domkierche och Bischops-Sedet.

tum Fossasundum. Insulæ modo memoratæ templo cathedrali subjacent, antedictum vero Fossasundum situm est in introitu Eriksfjordi.

Boream versus ab Eriksfjordo duo maris brachia sita sunt, quorum alteri nomen Exterioris, alteri Interioris, nominibus situm exprimentibus.

His proximus a borea situs est Bredefjordus[a], in quo sinu Mjoefjordus[b] jacet; hinc longius a borea situs est Eyrarfjordus; huic proximus Borgefjordus, deinde Lodmunderfjordus, tum Isefjordus, qui sinuum provinciæ orientalis ad occidentem ultimus est. Hæ omnes *insulæ incolis frequentantur.*

Inter Œstbygdam et Vestbygdam duodecim milliaria maritima interjacent, quod totum litoris spatium ab incolis vacuum est. Et protinus in Vestbygda stat magnum templum, dictum Steinnesium, quod aliquanto tempore cathedrale sedesque episcopalis

1) *abest in B, C, D, E.* 2) *add. cet.* 3) Moefjord, *E.* 4) *sic E*; Eynerfjord, *A et pl.* 5) *sic B, M*; Burgerfjord, *A*; Bjurgerfjord, *E.* 6) tha nest vesterst, *B*; endelig og vesterværts, *E.* 7) *forsitan rectius* Fjorde, *sinus*; *abest in M*; og Fjorde, *add. N.* 8) *sic A, B, C, D*; Stenes, *M*; Heusnæs, *perperam*, *E*; *forsitan* Sandnes (*v. supra p.* 282); Strosnes, *N*; Straumsnes, *ex conjectura Episcopi Theodori Thorlacii.*

a) *Breiðifjörðr,* latus sinus, ut in Islandia notissimus ille, e quo præcipuam Grœnlandiæ occupatorum partem emigrasse scimus, ab adj. *breiðr*, Dan. *bred*, latus.

b) *Moefjord* a vetere *Móafjörðr,* sinus ericeti sive glareæ sterilis aut argillacei fundi, ab Isl. *mói;* hinc nomen prædii Islandici *Móar,* gen. *Móa*, ut et celeberrimi Blekingiæ *Runamo*; *Mjóifjörðr*, quæ lectio tamen præferenda est, sinus angustus, ut in Islandia orientali, a voce *mjórr*, angustus.

Nu haffuer Skrellinge all Vesterbygden ud[1]; daa er der noch Heste, Geder, Nød, Faar, alt villdt och ingen Follch, christenn eller hedenn.

Item dette alt, som [forsagt er[2], sagde[3] oss Iffver Bardsen[4] Grönlænder[5], som[6] var Forstander paa Bischobsgarden i Gardum paa Grönnland udi mange Aar, att hand haffde alt dette seett, och hand var en aff dennem, som var udneffender aff Lagmanden[7], at fare till Vesterbygden emod de Skrelinge, att uddriffve de Schrellinge udaff Vesterbygd; och da de komme didt, da funde de ingen Mand, endten christenn eller heden, uden noget villdt Fæ och Faaer, och bespissede sig aff det villtt Fæ och Faaer[8], saa meget som Schivene kunde berre, och zeylede saa der med hjemb, och forschreffne Iffver var der med.

Item [da norden lenger fraa Vesterbygde ligger et stortt Fjeld, som hedder Hemelrachs Fjelld[9], och lenger aff end till dette Fjelld maa

fuit. Nunc Skrelingi totum tractum occidentalem tenent; est tamen illic affatim equorum, caprarum, boum, ovium, quæ omnia animalia fera sunt; nulli homines, neque christiani, neque pagani.

Ivar Bardsonius Grönlandus, qui Gardorum, sedis episcopalis Grönlandiæ, procurator multos per annos fuit, nobis retulit, se omnia ante commemorata vidisse, unumque fuisse ex iis, qui a prætore delecti erant, ut in tractum occidentalem profecti Skrelingos inde expellerent. Quo cum venissent, nullum hominem, neque christianum neque paganum, invenerunt, tantummodo fera pecora et oves deprehenderunt, ex quibus quantum naves ferre poterant in has deportato domum redierunt. Unus ex his fuit Ivar supra memoratus[a].

Longius versus boream a provincia occidentali ingens mons situs est, dictus mons Hemelrachi, ultra quem nemini, qui vitæ suæ consul-

1) iude, *B.* 2) forskreffuit staar, *B.* 3) fortalt, *E*; haffver beret, *N.* 4) *sic B*; Baardtszen, *M*; Bort, *A*, *C*, *D*; Bere, *E*, *N*; Bevius *vel* Berius, *Torfæus*; Boty, *P.* 5) Grönlendinger, *B.* 6) födt vor paa samme Grönnlandt, och hanndt, *qui in eadem Grönlandia natus erat et*, *add. M.* 7) Lannditt, *terrá (republica)*, *M.* 8) *om. cet.*; toge, *E.* 9) Himinraðzfjall, þ; Hemeuell Radszfielt, *B*; Hammelrade F., *C*; Himmelradsfjeld, *N*; Hemmerolds, *E*; Hemel Hatsfelt, *P*; *forsitan* Himinraki, *cœlum petens vel tangens.*

a) Sequentia non ab Ivare Bardsonio sunt scripta, sed addita ab ipso collectore, qui eadem ex aliis fontibus, c. gr. e Speculo regali, hausisse cernitur.

ingen Mand zeylle, som Liff vill behollde, for de mange Haffsvællge, som der ligge om alt Haffved.

Item udi Grönland ehr noch Søllffbjerrig, hvide Björne, haffvendis røde Fleche udi Hovedett, hvide Falche, Hvalstendr, Röstungsvörde[1], allehande Fischekjönn mere end udi nogen andre Land; der

tum velit, navigare fas est, propter multas eas voragines, quibus totum illud mare scatet.

Grönlandia[a] venis argentosis, albis ursis, rubris maculis capita distinctis[b], albis falconibus[c], dentibus cetorum, pellibus rosmarorum[d] abundat; copia omnis piscium generis ceteras omnes terras superat[e]. Ea-

1) *om. B*; Rosmertænder, *E.*

a) Pars maxima rerum, hic enumeratarum, quas Grœnlandia producit, in libro laudato *Konúngs skuggsjá* recitantur et amplius quoque tractantur.

b) De his ibidem dicitur, pag. 186 & sq.: *Björn er þar ok margr á þvisa landi, ok er hvítr, ok ætla menn hann fæðist helzt á þvi landi, þviat hann hefir allt aðra nattúru, en svartir birnir er í skógum gánga; þeir veiða at sèr ross ok naut ok annat búfè, ok fæðast við þat; en hinn hvíti björninn, er á Grænlandi er, þá ferr hann mest í hafi, út á ísum, ok veiðir at sèr bæði sela ok hvali, ok lifir við þat; svá er hann ok vel fœrr til sunds alls, sem selar eða hvalar*, i. e. Ursi quoque hic frequentes occurrunt, colore albi, iique aborigines habentur; alius quippe indolis prorsus sunt, quam sylvestres illi nigri; hi enim equis, bobus, et cæteris, quæ ad greges domesticas pertinent, captis victitant, sed albus ille maria, glaciemque marinam oberrat, phocas ceteque, quibus natandi arte non inferior est, suæ gulæ inserviturus capit.

c) Sic l. c. p. 188-189: *Valr er þar mikill ok margr í þvi landi, sá er í öðrum löndum þikir mikil gersemi í vera; þat eru þeir haukar, er valir heita, hvítir at lit; ok er hann nægri þar en í nokkru landi öðru, ok kunnu þó landsmenn sèr ekki nytja*, i. e. Alit hæc terra etiam accipitres, quorum nonnulli albi, apud exteros in summo pretio, et quidem plures hic, quam in aliis regionibus, quos tamen suis usibus adaptare nesciunt incolæ.

d) Sic de his ibidem p. 179: *húð hans (rostúngs) er bæði þykk ok góð til reipa; rista menn þar sterkar ólar af, svá at vel draga LX manna eitt reip, eða fleiri, ok geta þó ekki slitit*, i. e. pellis rosmari densissima est et funibus conficiendis apta; adhibetur igitur dissecta loramentis, quæ vel sexaginta aut plures etiam homines facto impetu disrumpere nequeunt; et porro p. 184: *en þenna fjárlut flytja menn þaðan í móti sínum varníngi . . . . . reip þau er vèr nefndum fyrr, er menn rista af fiskum þeim, er rostúngar eru kallaðir, ok svarðreip heita, ok tennur þeirra*, i. e. Merces vero e Grœnlandia, commutatione mercium cum exteris facta, hæ fere deportari solent: . . . . . funes e rosmari, marini animalis antea commemorati, pelle exsecti, qui *svarðreip* (coriacei funes) dicuntur, et denique ejusdem belluæ dentes.

e) De balænis, phocis et pluribus animalibus maris Grœnlandici agit prolixe Spec. reg. p. 166 et sq., p. 176 et sq.

er och Malmersten allehande Lyder[1]; ther er Thoeligesten[2], som aldrigh schader Illd, och aff de Stene hugge de Grönlender Potter, Gryder, Schoelle[3] och saa store Kar, att udi edt Kar ma ligge X eller XII Thønner. Der er noch Rendyer[4].

Item udi Grönnland kommer aldrigh store Stormeveder.

Item Sne kommer[5] megen udi Grönland; der er iche saa kalldt som i Island eller Norge. Der vogxer paa höye Fjellden och nedre under de Aalldes[6] Frugt saa store som [nogre Eble[7], och goede att ede; der voxser den beste Hvede som verre maa.

dem fert marmora[a] diversi coloris, saxa sectilia, igni inviolabilia, ex quibus Grönlandi ollas, urnas, catinos et vasa, decem aut duodecim doliorum capacia, conficiunt. Ibidem rangiferorum[b] copia suppetit.

Grönlandiam violentæ ventorum tempestates nunquam fatigant[c].

Ibidem magna vis nivium decidit; frigus non tam acre, quam in Islandia aut Norvegia. In summis montibus et subjectis campis proveniunt fructus certorum pomorum magnitudine, optimi saporis. Ibidem triticum optimæ notæ crescit[d].

1) eller Farffue, *add. B.* 2) Talgesteen, *B*; Tælgesteen, *E.* 3) Keyler, *B*; Kjedeler, *E.* 4) paa some Öör, *in nonnullis insulis, add. B.* 5) ikke, *non, add. E.* 6) Oldenn, *E, Isl.* aldin, *proprie glans fagea, sed etiam, sensu latiore, omnes arborum edules fructus.* 7) Æbler, *E.*

a) Ibidem p. 188: *Marmari er þar mikill á þvi landi, þar sem bygt er, með ýmisum lit, bæði rauðr ok blár (bláfáinn) ok grænn (grænfáinn)* i. e. Marmoris in habitata ejus terræ regione ingens copia deprehenditur, varii quidem coloris, rubri nempe, cymatilis (cæruli aut lividi) et viridis (viridantis).

b) l. c. p. 186: *Þar er hèri margr á þvi landi, ok vargar, ok mikill fjöldi reindýra,* i. e. lepores hic sunt multi et vulpes et rangiferorum quoque ingens multitudo.

c) Hoc similiter testatur Speculum regale p. 200: *Þá skaltu þat til viss vita, at þar eru fögur sólskin, ok heldr er þat land veðrgott kallat um hásumarsskeið,* i. e. scias velim, apricitatem satis splendidam ibidem contingere, terramque ipsam, per æstatem adultam, bona potius, ut dicitur, tempestate frui; — et porro p. 212: *Optast halda þar illviðri litla ríð, ok er þó lángt í millum, er þau koma, ok er þó góð veðrátta millum þess, þó at landit sè kallt,* i. e. durant ibi sæpissime procellæ breve tempus et rarius contingunt; per longa vero nimborum intervalla gratus satis aer est, licet clima regionis frigidum sit.

d) Hæ de pomis (aut uvis) et optimo tritico relationes Grœnlandiæ cum Vinlandia ineptam confusionem prodere videntur.

IX. CARMEN FÆRÖICUM, IN QUO VINLANDIÆ MENTIO FIT.

In insulis Færöensibus multæ memorabiles relationes, ore hominum ab ethnicismi inde temporibus quasi per manus traditæ, existunt, serioribus seculis maximam partem conservatæ carminibus, *Kväjir* dictis, quæ ab carminibus heroicis (Islandi *rímur*, ceteri boreales *Kæmpeviser*, Angli *Ballads* dicunt) haud multum abludunt. In nonnullis horum carminum, in primis in iis, quæ de personis ac rebus vernaculis agunt (ut in carmine *Sigmundar Kväji*, de quo agit præfatio historiæ Færöensium, ed. Hafn. 1832, pag. VI-X), fundus historicus agnosci potest; quare, etsi nullo modo possint pro exactis commentariis historicis haberi, tamen ad disquisitiones historicas nulli usui non sunt. Ingens illa collectio talium carminum sive melon, quæ de Sigurdo Fofnericida ejusque posteris agunt, et ita cum rebus in Edda et carmine Nibelungorum tractatis cohærent, edita est Randrosiæ anno 1822, ab H. C. Lyngbye; quanquam pleraque ex reliquis lucem publicam nondum viderunt. Interea descripta et collecta sunt annis 1781 et 1782 ab J. C. Svaboe, qui collectionem Melon Færöensium (*Færøiske Kväjir*) sive veterum carminum heroicorum (*Kæmpesange* et *Rujmur*) reliquit; quæ collectio in magna Bibliotheca Regia, hujus urbis ornamento, asservatur. Ex hac collectione descripsimus melos, dictum *Finnur hin Fruji* (Finnus Pulcer), quod hoc loco publici juris facimus, non quod rebus ibidem tractatis ullam tribuamus fidem historicam, sed quod idem melos mentionem Vinlandiæ faciendo non solum ostendat, quam late fama hujus remotæ terræ per varias partes septemtrionis perlata fuerit, sed etiam demonstret, receptam vulgo fuisse in Færois opinionem, Hiberniam et Americam illis temporibus navigationum commercio junctas fuisse. Sacerdos plurimum reverendus J. H. Schröterus Thorshafniensis, cui exscriptum exemplaris Svaboniani recognoscendum miseramus, quique nonnulla loca obscuriora emendavit, docuit, vulgarem esse inter Færöenses relationem, Vinlandiam ab Hibernis, qui eo transnavigarint ibique bella gesserint, primo inventam esse.

Argumentum carminis h. l. cum lectoribus communicati tale est: Dynasta quidam Uplandis præfectus, nomine Ulvus, duos filios habuit, Holda-

nem Robustum et Finnum Pulcrum. Finnus, Ingeborgæ (Inibheacæ?), regis Hiberniæ filiæ, nuptias ambire cupiens, eo trajicit, virginemque petit; sed propter inæqualitatem connubii, quod regis filia esset, a patre repudiatus, ira incensus regem ejusque athletas aggreditur; quorum haud paucis prostratis, tandem a multitudine oppugnantium oppressus in carcerem abducitur. Filia, cum intercedendo apud patrem precibus nihil efficere valeret, misso nuntio fratrem Holdanem arcessit; qui collectis ad fratrem liberandum copiis, advenit, ignem arci subjicit, regem sub tectis concremat. Dein, fratre ex carcere liberato, Ingeborgam adit, et quærit an nubere sibi velit. Quæ cum confirmasset, se connubium non repudiaturam, si tres Vinlandiæ reges e medio sustulisset, Finnus in incertum eventum se facturum periculum testatus, eo trajicit, et solus contra omnes progreditur. Pugnatur diu. Tandem ipse, duobus regibus cæsis, interficitur. Holdan, tertio rege prostrato necem fratris ultus, ad Ingeborgam redit, eamque uxorem ducere parat. Ea vero se, mortuo Finno, ullius capi amore posse negavit, ipsaque nocte nuptiali luctu periit. Holdan, iniquitate fati dolens, reliquam vitam mœrore consumsit.

Finnur hin Fruji.	*Finnus Pulcer.*
1. Ajn bujr Jadlin å Uplöndun, Got er at täka til Evna; Åt hevur han sär togva Sinir, Väl kan e tajr nevna.	1. Dynasta quidam habitat in Uplandis (juvat rem ab initio ordiri); is duos habuit filios, quos facile nominare possum.
2. Åt hevur han sär togva Sinir, Väl kan e tajr nevna: Håldan Sterkji og Finnur hin Fruji, Kunna väl Drajngjun stevna.	2. Is duos habuit filios, quos facile nominare possum: Holdan Robustus et Finnus Pulcer viros ciere [a] facile possunt.
3. Håldan vär tan eldri Browur, Finnurin vär tan ingri	3. Holdan erat fratrum natu major, Finnus natu minor erat.

a) i. e. aut ad certamen provocare, aut ad militiam evocare.

Han vär äf ödlun dajliur,
Tow fedl honun Forlan tingri.

4. Finnur er å Lajkvödlinun,
Tälar vi sujna Drajngji:
„Kvär vitun tär mujn Javninga,
Tä hävi e hugsa langji".
5. Svajnar svära sujnun Harra:
„Kvuj spirjun tär so?
Best vajtstú vi sjålvun tär
Kvär tujn står Huur å.
6. Vär kunnum ikkji sannari
Sia tär ujfrå,
Kongurin uj Ujrlandi
So väna Döttir år.
7. Kongurin uj Ujrlandi
Ajur sär Döttir vujsa,
Kanstú häna tilegta få,
Hon kan tujt Lujv väl prujsa.

8. Ujrlands Kongur Döttir ajur,
Vøn er hon sum Sowl;
So er at lujta å Jomfrú-Lìt,
Sum Drojrin drujvur å Snjow.

9. Er hon sär so ajili,
Sum tär siun frå,
Bia skäl Döttir Ujrlands Kong,
Tä standist kvät äf uj må.

Hic cum omni ex parte eximius esset,
tamen fortuna magis adversa usus est.

4. Finnus, in palæstra constitutus,
commilitones suos allocutus est:
ubi mihi æqualem nostis?
hoc diu mihi cogitatum est.
5. Juvenes domino suo respondent:
cur ita interrogas?
tu ipse haud dubie optime nosti,
quo tuus animus inclinet.
6. Haud utique nos possumus
tibi veriora narrare:
Rex Hiberniæ filiam habet,
venustatis fama insignem.
7. Rex Hiberniæ filiam
sapientem habet;
quam si tibi jungere matrimonio continget,
ea vitam tuam illustrem reddere certe poterit.

8. Rex Hiberniæ filiam habet,
ea venusta est, veluti sol;
color virginis adspectu talis est,
qualis sanguinis, qui in nivem defluit.

9. Si illa sic digna est, quæ petatur,
uti vos prædicatis,
filia regis Hiberniæ petenda mihi,
quæcunque tandem me sors maneat.

10. So letur han Finnur hin Fruji
Sujnun Skjipun bygva,
Adlar letur han Strajngjinar
Äf rejar Gudli snygva.

11. So letur han Finnur hin Fruji
Bygva Skjipun sujn,
Letur nú läa uj bäji Bòr
Virtur og so Vujn.

12. Finnur letur Skjipini gjera
Vi so gowa Row,
Äf Gudli vowru Borini,
Uj flowta firi oman Sjow.

13. Braddir vowru Brandar,
Borini vowru blå,
Børutoppar äf rejar Gudli,
Här skajn Sowlin å.

14. Braddir vowru Brandar,
Skorin vär kvör Stok
Stavnur og Stujri äf rejar Gudli,
So vär Segl uj Top.

15. Vindur han up sujni Silkjisegl,
Gudl uj vovin Rand,
Strikar aj å Bunkan niur
Firin vi Ujrland.

16. Smälu-Drångur å Haji gongur,
Gojmir ät Smälu og Gajt,

10. Sic Finnus Pulcer naves
adornandas curat suas;
curat omnes funes
rubro torquendos auro.

11. Sic Finnus Pulcer naves
adornandas curat suas;
curat ad utrumque navis latus
decoctam cerevisiam et vinum
reponenda.

12. Finnus curat naves suas
adornandas summo otio;
ex auro erant tabulæ,
quæ supra aquas exstabant.

13. Picatæ erant perticæ (rostra),
tabulæ laterales erant cæruleæ,
apices (malorum) erant ex rubro auro,
qui splendente sole colluxerunt.

14. Picatæ erant perticæ,
exsculpta quæque trabes;
puppis et gubernaculum ex rubro auro;
mox velum ad summum mali sublatum.

15. Vela tollit bombycina,
aureis limbis distincta,
quæ non prius demisit[a],
quam Hiberniam attigerat.

16. Opilio per saltum incedit,
oves caprasque custodiens;

a) verbotenus, in onus navis vel struem mercium demittit; de contrahendis velis sermo est.

Han sär Skjip ettir Hävi koma,
Havn at vilja lajta.
17. Adlar rekur han Smälunar
Säman å grønan Vödl,
Sujan axlar han Kåpu blå,
Han går uj Kongjins Hödl.
18. Sujan axlar han Kåpu blå,
Han går uj Kongjins Hödl;
„E eri mär å ajnun Luti
Vujsari in tär erun ödl.
19. E eri mär å ajnun Luti
Vujsari in tär erun ödl:
E sär Skjip ettir Hävi koma,
Seglini kvujt sum Mjödl."
20. „Särtú Skjip ettir Hävi koma,
Seglini kvujt sum Lujn;
Vera man onkur Hövdingur,
At bia Döttir mujn."
21. Tåi hansara Snekkja
Kjendi fävurt Land,
Kastar han sujni Akkjerini
Å so kvujtan Sand.
22. Fistur stujur Finnur hin Fruji
Sujnun Fowtun å Land,
Tolv brinjavar Herkjempur
Undir hans högru Hand.
23. Gingu tajr frå Strondun nian
Rujkjir Men og restir,
Lunnar brustu og Jørin skalv,
Tajr settu Knör uj Nesti.
24. Uppi uj miun Gräsagäri

videt navem per pelagus advehi
portumque quærere.
17. Omnes oves compellit
in viridem campum;
dein cærulam togam induit,
et aulam regis ingreditur.
18. Dein cærulam togam induit,
et aulam regis ingreditur:
equidem una in re vobis
omnibus sapientior sum.
19. Una quidem in re sum
vobis omnibus sapientior:
navem video per mare advehi,
velaque nivis instar candida.
20. Viden' navem per mare advehi,
velaque lini instar candida?
haud dubie aliquis princeps adest,
filiæ meæ nuptias ambiturus.
21. Ubi litus amœnum
navis ejus attigerat,
ancoram suam conjicit
in arenam candidissimam.
22. Finnus Pulcer in terram
primus pedibus egreditur,
et a dextro ejus latere
duodecim loricati bellatores.
23. Ab extremo litore egressi sunt
viri potentes ac strenui.
Rumpi falangæ, terra tremere,
navem in stationem subducentibus.
24. Medio in horto

Axlar han sujt Skjin,
Og so bygvin gengur han
Uj høu Hadlar in.

25. Og so bygvin gengur han
Uj høu Hadlar in,
Sum Ujrlands Kongur vi Bori sät
Vi Man og hundra fim.

26. Finnur gjek uj Hadlina in
Uj silkjikneptari Hygvu,
Kjinnur er rejur sum Hummarklegv
Og Eja sum uj Dygvu.

27. Finnur gengur å Hadlargölvi
Uj forun vär tan Siur,
Hevur nú alt uj ajnun Ori
Hajlsar og han biur.

28. Finnur stendur å Hadlargölvi
Bèr up Kvøvu sujna:
„Sìt väl, restur Ujrlands Kongur,
Gjev mär Döttir tujna!"

29. Tuj svärar han, Ujrlands Kongur,
Gjirdur sät han vi Brandi:
„Sia skaltú Ajti tujt,
Og kväan tú er äf Landi."

30. „Sjålvur ajti e Finnur hin Fruji,
Håldan er mujn Browur,
Úlvur Jadl er Fäjir mujn,
Frú Gårtrú er mujn Mowur."

31. „Tä tikjir henna Vinun og Frændun
Vera so miklan Muun,

sagum[a] suum induit,
et sic vestitus celsa
ingreditur palatia.

25. Et sic vestitus celsa
ingreditur palatia,
ubi quingentis cum viris rex
Hiberniæ mensis accubuit.

26. Finnus aulam ingressus est
cum mitra bombyce revincta;
genæ chelarum instar rubebant,
oculi columbinis erant similes.

27. Finnus per pavimentum aulæ incedit,
moreque antiquitus recepto utitur:
totum negotium uno dicto absolvit;
salutat, et uxorem petit.

28. Finnus, in aulæ pavimento stans,
negotium suum expromit:
ave! salve! fortis rex Hiberniæ!
da mihi filiam tuam!

29. Respondit ad hæc rex Hiberniæ,
sedens gladio cinctus:
nomen tuum edito,
et qua ex terra adveneris.

30. Ipse vocor Finnus Pulcer,
frater meus est Holdan,
Ulvus dynasta est pater meus,
domina Gortrua[b] mater.

31. Hæc amicis et cognatis ejus
impar conditio esse videtur;

a) *Skjin*, pellem, i. e. vestem pretiosis pellibus subsutam.

b) Isl. *Geirþrúðr.*

Hon er ajn útvald Konga Döttir,
Tú er ajn Jadls Sòn.

32. Finnur stendur å Hadlargölvi,
Ejgar sujnun Gavni:
„Hesin sämi Riddari
Han tikjist vera tujn Javni.

33. Vil tú mär ikkji Mojdna gjeva,
Årin e hiani färi,
Tä skäl vera Deji tujn
Og flajri Drajngjun at skäa.

34. Vil tú mär ikkji tujna Döttir
Båji gjeva og gjifta,
E bjowi tär ajt anna Bo,
Lujv skäl Hondun skjifta."

35. Finnur lejp ettur Hadlargölvi
Båji fimur og fúsur,
Åtjan vå han Herkjempur tå,
Årin han slap út.

36. Finnur lejp ettur Hadlargölvi
Båji vi Spekt og Nåji,
Anna slujkt firi honum fedl,
Og tå vär javnt kjå båvun.

37. Åtjan vowru Herkjempur,
Sum Sår bowru undur Skjin,
Årin tajr fingu Finnin hin Fruja
Uj Mirkastovu in.

ea est eximia regis filia,
tu dynastæ filius es.

32. Finnus stat in pavimento aulæ,
in suum commodum intentus:
hic idem eques se ipse
tui parem esse æstimat.

33. Quod si nolis mihi virginem dare,
antequam hinc digrediar,
id tuo exitio, id multorum
juvenum damno erit.

34. Quod si non vis tuam mihi filiam
dare et in matrimonium collocare,
aliam tibi offero conditionem,
de vita armis decernendum[a].

35. Finnus per aulæ pavimentum
decurrit, et agilis et animosus;
tunc duodeviginti heroas dejecit,
antequam foras evasisset.

36. Finnus per aulæ pavimentum
decurrit, et prudenter et tuto;
totidem ex suis ceciderunt,
æquato sic utrinque cæsorum numero.

37. Duodeviginti erant bellatores,
qui vulnera sagis tecta gerebant,
antequam Finnum Pulcrum
in carcerem detrudere possent.

a) Ab aliis recitatoribus duo postremi versus sic exhibentur:

E bjowi tär ikkji anna Bo,
en Lujvi frå Londun skjifta,

i. e. non aliam tibi conditionem offero, quam vitam possessione regni exuendam; quibus verbis minatur, regnum ipso cæso vocaturum. Nam in vetere lingva boreali verba *skipta* et *skipa* permutantur. Etsi autem phrasis, *Lujv skäl Hondun skjifta*, a veteris hodiernique sermonis Islandici locutioni vulgari recedat, tamen nec genio sermonis adversatur, et habet quo se defendat.

38. Towku tajr tan fruja Finn
Og löddu han uj Band,
Spardu kvörkji Stål edla Jadn
Um hans ljowsa Hand.

38. Prehenderunt Finnum Pulcrum,
et in vincula conjecerunt;
neque chalybi, neque ferro pepercerunt,
quo candidam ejus manum vincirent.

39. Towku tajr tå Finnin hin Fruja
Löddu uj kalda Jadn,
Tä vär Frygvin Ingjibjörg,
Hon fek båi Angjist og Harm.

39. Prehenderunt Finnum Pulcrum,
et in frigida vincula conjecerunt;
tum regia virgo Ingeborga
dolorem et ægritudinem nacta est.

40. Tä vär Frygvin Ingjibjörg,
Hon gengur for Fäjir sujn,
Berföt uj ajnun Nåtstakkji
Og vi ajt Høvurlujn.

40. Ingeborga, regia virgo,
patrem adit suum,
nuda pedes, cum tunica nocturna
cumque linteo redimiculo.

41. Tä vär Frygvin Ingjibjörg,
Hon fedlur på sujni Knä:
„Gjer tä firi Mandowm tujn,
Tú gjev tan Riddara mär."

41. Ingeborga, regia virgo,
in sua genua procumbit:
quæ tua est virtus, id mihi tribuas,
hunc ut equitem mihi des maritum.

42. „Tä tikjir tujnun Vinun og Frændun
Vera so miklan Muun,
Tú er ajn útvald Konga Döttir
Han er ajn Jadls Sòn."

42. Hæc amicis et cognatis tuis
impar conditio esse videtur;
tu enim es eximia regis filia,
ille dynasta natus est.

43. Ingjibjörg snúist äf Hadlini út,
Uj tuj vär hon raj:
„Gud läti me aldri liva tan Dä,
E spirji te Råjini mair!

43. Ingeborga ex aula se proripit,
eo momento irata erat:
eum diem ne mihi illucere faxit deus,
quo a te posthac consilia petam.

44. Hojr tä, mujn hin säli Fäjir,
Sjålvur skäl tú tä råa,
Gjera skäl sterka Håldani Bo,
So står tujt Lujv uj Våa."

44. Audi hæc, pater optime,
ista res penes temet esto;
Holdani Robusto nuntius mittetur,
quo vita tua in discrimen veniet.

45. Kadlar hon sjålv å Skowsvajn sujn
Kläjir han uj Skrúur:

45. Ipsa pedissequum suum advocat,
ornato vestitu eundem induit:

„Tä hävi e å sonnun rojnt	hoc re experta sum (inquit),
At tú hevur veri mär trúur."	te mihi fidelem fuisse.
46. Han vär fimur å Fowtunun	46. Is pedum pernicitate valebat,
Bojini skuldi bera,	qui nuntium ferre debuit;
Ödl so letur hon Kläjir hans	ea omnes vestes ejus rosis
Vi Rowsur og Liljur skjera.	et liliis ornandas curat.
47. „Hojr tä, tú mujn lujtli Svajnur,	47. Audi hæc, mi puerule,
Leg tär väl uj Minni:	memoriæque fideliter manda,
Ångan skal tú søtan sova,	ne te dulcis obrepat somnus,
Firin tú Håldan finnur."	antequam Holdanem conveneris.
48. Han vär fimur å Fowtunun,	48. Is pedum pernicitate valebat,
Uj tej Tujindi bär	qui hæc nova pertulit
Häani út til Landanar,	inde in terras, ubi
Sum rujkji Håldan vär.	potens ille Holdan versabatur.
49. Tä vär tan hin lujtli Svajn	49. Parvus ille pedissequus
Hajm uj Gärin fowr,	domum ad villam accessit;
Úti sjålvur rujkji Håldan	ipse potens Holdan foris
Firi honun stow.	stetit, eo adveniente.
50. Tä vär tan hin lujtli Svajn	50. Parvus ille pedissequus
In uj Hadlina gjek,	aulam ingressus est;
Håldan settist uj Håsäti,	Holdan celsa sede consedit,
Han imsar Litir fek.	vultumque variis modis mutavit.
51. „Vèr välkomin, lujtli Svajn,	51. Exoptatus adsis, puerule,
Hiar nú til mujn;	meam domum qui venisti;
Drek nú kvät tär betri lujkar	bibe utrum libuerit,
Mjøjin edla Vujn!"	mulsum an vinum!
52. „Lujti er mär um Mjøjin tujn	52. Parum me allicit mulsum tuum,
Og hålv väl minni um Vujn,	multo vero vinum minus;
Onnur hävi e Ørindini	alia habeo negotia,
Hiar uj Dä til tujn.	quæ tecum hodie peragam.
53. Vit tú tä nú, rujkji Håldan,	53. Id jam scito, potens Holdan,
E beri tär Bo tilhandar:	nuntium tibi affero:

Tujn er Browur uj Ujrlandi,
Han situr uj stowrun Vanda."

frater tuus, qui in Hibernia est,
magno versatur discrimine.

54. Tä vär tuj han rujkji Håldan
Sujnun Borun skjejt,
Adlur tan hin brúni Mjøvur
Å Hadlargölvi flejt.

54. Tunc potens ille Holdan
mensas ab se repulit;
omne nigrum mulsum
in solum defluxit.

55. Håldan sprak um Bori fram
Båji vi Ilsku og Raji,
Fimtan vowru tej Gudlstejpuni
Han brejt sundur uj tajrri.

55. Holdan mensam transiliit,
furore percitus et ira,
eoque momento quindecim
aurea pocula diffregit.

56. Håldan letur Lìi samla
Båji um Torpar og Tegna,
Här komu tvajr, sum bìin värajn,
Finnin Fruja at hevna.

56. Holdan copias colligi jubet
tam ex servis quam ex ingenuis;
hic, uno vocato, duo adfuerunt,
Finnum Pulcrum ulturi.

57. Vindur han up sujni Silkjisegl
Gudl uj vovin Rand,
Strikar aj å Bunkan niur
Firin vi Ujrland.

57. Vela tollit bombycina,
aureis limbis distincta;
quæ non prius demisit,
quam Hiberniam attigerat.

58. Kastar sujni Akkjeruni
Å so kvujtan Sand,
Fistur stujur Håldan Sterkji
Sujnun Fowtun å Land.

58. Ancoras suas jacit
in candidissima arena;
Holdan Robustus in terram
primus pedibus egreditur.

59. Lojnlia gjek frå Strondun nian,
Ojngjin mundi tä vära,
Brendi inni Konur og Bödn,
Tåi han kom til Gära.

59. Ab ultimo litore clam,
omnibus insperantibus, egressus,
matres ac liberos in ædibus cremavit,
quascunque villas accessisset.

60. En tå mintist Håldan alt,
Kvät veri heji fir,
Leggur Eld uj Borgjina
Og Stokkar firi Dìr.

60. Tum vero Holdan omnia, quæ
antea gesta erant, recordatus,
ignem arci injicit,
foresque trabibus præsepit.

61. Leji Eld uj Borgjina
Og Stokkar firi Dìr,

61. Ignem arci injecit,
foresque trabibus præsepsit;

Brendi inni Ujrlands Kong,
Sum betri heji veri fir.

sub *tectis* cremavit regem Hiberniæ,
quem jam antea crematum fuisse oportuit.

62. Sväraji tå hin Ujrlands Kongur,
Rowpar kvölt og håt:
„Kvät hävi e til Säkar gjört,
Kvuj eri e brendur uj Nât?"

62. Tum locutus est rex Hiberniæ,
acutum et alta voce clamans:
quam ego in me culpam admisi?
cur hac nocte *concremor?*

63. Tuj sväraji Håldan Sterkji,
Tälar so firi sär:
„Tä visti tú, Ujrlands Kongur,
At Browur åtti e mär."

63. Ad hæc Holdan Robustus
his verbis respondit:
nosti profecto, rex Hiberniæ,
fratrem mihi fuisse.

64. Tuj sväraji Ujrlands Kongur
Äf so tungari Nej:
„Finnur er uj Mirkastovu,
Han er ikkji dejur."

64. Respondit rex Hiberniæ,
gravi adactus necessitate:
Finnus in carcere versatur,
neque mortuus est.

65. Håldan gjek ät Mirkastovu-Durun,
Alt foruttan Vanda,
Klujvur up Hurar äf sajun Jadni,
Lojsur út restan Fanga.

65. Holdan ad fores carceris accessit
sine ullo impedimento:
fores lento ferro fabricatas dissecat,
et virum animosum ex vinculis *liberat.*

66. Klujvur up Hurar äf sajun Jadni,
Lojsur ut restan Fanga:
„Stat up, Finnur, Browur mujn,
Um tú ert førur at ganga."

66. Fores lento ferro fabricatas dissecat,
virumque animosum ex vinculis liberat:
surge, frater Finne,
si incedere vales.

67. Up lejp tan hin fruji Finnur,
Kjin ber han so balda:
„E hävi Kongji Skat at lúka
Firi tä Jadni kalda."

67. *Exsiliit Finnus Pulcer,*
animositatem vultu præferens:
regi tributum pendere debeo
ob frigidum illud ferrum.

68. Finnur lejp úr Mirkastovu,
Til Ilsku vär han fús:
„E hävi Kongji Skat at lúka
Firi tä mirka Hús."

69. Tuj sväraji rujkji Håldan,
Tan hin nujti Drångur:
„Hojr tä, Finnur, Browur mujn,
Honun hevnist ajnkji långur.

70. Sujan setti han se niur,
Siur honun frå:
Hojr tä, Finnur, Browur mujn,
Han er brendur å Bål."

71. Gingu tajr äf Mirkastovu
Båji vi Row og Nåjir,
Sujan in uj høa Loft
Firi Ingjibjörg tajr båjir.

72. „Sìt väl, Frygvin Ingjibjörg,
Hin fagra og hin ljowsa,
Viltú tär ajn Hövdingan
Her firi ödlun kjowsa?"

73. Tuj sväraji Ingjibjörg:
„Nú er ettir tä vesta:
Höddun tär vii Vujnkonganar,
So skuldun tär me festa."

74. Tuj sväraji rujkji Håldan,
Kvinnur man han grøta:
Kvör sum siglir uj Vujnlands Hävi
Imiskun man han møta."

75. Finnur lejp äf Hadlini út
Äf so miklun Magni:

68. Finnus ex carcere excurrit,
in furorem inclinatus:
regi tributum pendere debeo
ob tenebrosam illam domum.

69. Respondit potens Holdan,
præclarus ille heros:
audi hoc, mi frater, Finne,
in eum non amplius ultio cadit.

70. Deinde consedit,
ei rem exponit:
audi hoc, mi frater, Finne,
ille igni crematus est.

71. Egressi sunt e carcere
placide et sine impedimento;
inde in altum cœnaculum
ad Ingeborgam ambo concesserunt.

72. Ave, regia virgo Ingeborga,
venusta et candida!
vin' tibi unum principem
hic præ omnibus eligere?

73. Respondit ad hæc Ingeborga:
jam res difficillima restat;
si reges Vinlandicos neci dedissetis,
me vobis despondere liceret.

74. Respondit potens Holdan:
lacrimas feminis profecto movere poterit,
quicunque pelagus Vinlandicum pernaviget,
in varia discrimina incidet.

75. Finnus ex aula excurrit,
omnibus adhibitis viribus:

„Tow skäl e *til* Vujnlandar,
E komi aj attur uj tajrri.

76. Vindur up sujni Silkjisegl
Gudl vi vovin Rand,
Strikar aj å Bunkan niur
Firin vi Vujnland.

77. Uppi uj miun Gräsagäri
Axlar han sujt Skjin,
Og so bygvin gengur han
Uj høu Hadlar in.

78. Og so bygvin gengur han
Uj høu Hadlar in,
Sum Vujnkonganir å Bori sita
Vi Man og hundra fim.

79. Finnur gjek uj Hadlina in
Firi tajrra Bòr,
Konganir sita uj Håsäti,
Tajr täla ikkji ajt Òr.

80. Årla vär um Morgunin,
Ruar firi Sowl,
Tå höddu sjålvur Vujnkonganir
Brinja út Hundra tolv.

81. Tå höddu sjålvur Vujnkonganir
Brinja út Hundra tolv;
Ajnsumadlur Finnurin Fruji
Raj tajm ödlun ujmowt.

82. Finnur rujur uj Herin fram,
Frävur vär han at sujgja,
Höggur so tujt å båar Hendur,
Fedlur togva og trujgja.

ego vero iter Vinlandicum ingrediar,
etsi ex eo (itinere) non sim reversurus.

76. Vela tollit bombycina
aureis limbis distincta;
quæ non ante demisit,
quam Vinlandiam attigerat.

77. Medio in horto
pretiosa veste se induit,
et sic vestitus celsa
ingreditur palatia.

78. Et sic vestitus celsa
ingreditur palatia,
ubi reges Vinlandici, viris
quingentis stipati, mensis accumbunt.

79. Finnus aulam ingressus,
ante mensam eorum consistit.
Reges in soliis sedent,
nullam emittentes vocem.

80. Mane erat diei,
aurora solem oriturum portendit;
tunc ipsi reges Vinlandici
duodecim centurias armaverant.

81. Tunc ipsi reges Vinlandici
duodecim centurias armaverant;
solus Finnus Pulcer
contra eos cunctos equitavit.

82. Finnus in aciem vehitur,
strenuus aspectu fuit;
crebro utrinque gladium vibrat,
jam duos, jam tres viros dejicit.

83. Finnur rujur uj Herin fram,
Måtturin uj honun vex,
Höggur so tujt å båar Hendur,
Här fedla fim og sex.

84. Bardust fudla togva Däar,
Eldar äf Svørun rúka,
Han nåddi ikkji å Jørina,
Han trow ettir Manna Búkun.

85. Finnur rujur uj Herin fram,
Aj vil han undan flujgja;
Tä er mär af sannun sagt,
Nú vowru ettir trujgjir.

86. Finnur rujur uj Herin fram,
Søvur genga frå,
Han trujvur um fista Vujnkongan,
Han klejv han uj Lutir två.

87. Finnur rujur uj Herin fram,
Aj vil han undan flujgja,
Trujvur um annan Vujnkongan,
Klejv han uj Lutir trujgja.

88. Finnur setist å Jørina niur,
Nú må han undan flujgja,
Drèkjin flej uj Lofti up
Begjinti Ajtur at spujgja.

89. Ajtur spuji tan fúli Drèkji
Niur å Finna Brinju,
Han vär ikkji vi Voknun viin,
Härfiri lät han sinja.

83. Finnus in aciem vehitur,
robur illius gliscit,
crebro utrinque gladium vibrat,
cadunt jam quinque, jam sex.

84. Pugnarunt integros duos dies;
ignes ex ensibus emicant;
terram pedibus non tetigit,
sed per corpora humana gradiebatur.

85. Finnus in aciem pervehitur,
invitus capessere fugam;
vere mihi relatum est,
jam tres reliquos fuisse.

86. Finnus in aciem pervehitur,
id fama late pertulit;
Primum rapit regem Vinlandicum
eumque in duas partes dissecuit.

87. Finnus in aciem pervehitur,
invitus capessere fugam;
rapit alterum regem Vinlandicum,
eumque in tres partes dissecuit.

88. Finnus in terra consedit,
jam fugam capere coactus;
draco in sublime evolavit
et virus evomere cœpit.

89. Virus a fœdo dracone emissum
in loricam Finni decidit;
ille armis non interfectus est,
id inficias iri jussit[a].

a) Locum sic intelligimus: moriens Finnus testatus est, se armis interfectum non esse, negareque adstantem jussit fratrem, se telis confossum cecidisse.

90. Tâi Håldan hetta så,
Sujn Browur vär fadlin frå,
Egvilia vi miklari Raji
Fram uj Herin brå.
91. Egvilia vi miklari Raji
Fram uj Herin brå,
Trajv um tria Vujnkongan
Klejv han uj Lutir två.

92. So rujur han rujkji Håldan
Innan grøna Lund,
Kvörkji gowl tä ettir honum
Hejkur edla Hund.
93. Vindur up sujni Silkjisegl,
Gudl uj vovin Rand,
Strikar aj å Bunkan niur
Firin vi Ujrland.
94. Ingjibjörg stendur uj Glasglugga,
Tälar Orun svå:
„Hattar er ikkji Finnur Fruji
Uj Liftingjini står."
95. Ingjibjörg stendur uj Glasglugga,
Bâi vän og viti:
„Hattar er ikkji Finnur Fruji
Uj Liftingjini situr."

96. Ingjibjörg stendur uj Glasglugga,
Skortar ikkji Fujgja:
„Hattar er ikkji Finnur Fruji,
Tä kan e väl sujgja."

97. Kastar sujni Akkjerini
Å so kvujtan Sand;

90. Quod cum videret Holdan,
cecidisse fratrem suum,
terribiliter, magna cum ira
in aciem progressus est.
91. Terribiliter, magna cum ira
in aciem progressus est;
oppressit tertium regem Vinlandicum,
eumque in duas partes dissecuit.
92. Dein potens ille Holdan
per viridem sylvam equitat,
neque accipitre, neque cane
eum vocibus prosequente.
93. Vela tollit bombycina,
aureis limbis distincta,
quæ non ante demisit,
quam Hiberniam attigerat.
94. Ingeborga ad vitream fenestram
stans hæc verba loquitur:
hic non est Finnus Pulcer,
qui in celsa puppi stat.
95. Ingeborga stat ad vitream fenestram,
venustate et ingenio præstans:
hic non Finnus Pulcer est,
qui in celsa puppi sedet.
96. Ingeborga ad vitream fenestram stat,
divitiis non carens:
hic Finnus Pulcer non est,
id probe videre possum.
97. Ancoras suas jacit
in candidissima arena;

Fistur stujur Håldan Rujkji
Sujnun Fowtun å Land.

98. Uppi miun Gräsagäri
Axlar han sujt Skjin,
Og so bygvin gengur han
For Ingjibjörg härin.

99. „Sìt väl, Frygvin Ingjibjörg,
Hin fagra og hin ljowsa,
Viltú henda Hövdinga lova
Tär til Ujrlands kjowsa?"

100. Tuj sväraji Ingjibjörg,
Heldur å Gudlinun reja:
„E lovi ongan Hövdingan
Ettir Finnins Deja."

101. Sväraji Frygvin Ingjibjörg
Äf so tungari Nej:
„E lovist ongun livandi Manni
Ettir Finnins Dej."

102. Ajna Nåt uj Borgun sväv,
Hon sväv å Håldans Armi;
Tä vär mär äf sanni sagt,
Tå sprak hon äf Harmi.

103. Hon sprak äf Harmi ettir han,
Tan hin rujka Frú;
Svörji tan Aj å mujna Trygv,
Tä hendir onga nú.

104. Tä var tuj hin rujkji Håldan
Lät sär biggja Borg;
Här slajt han sujna Ävi út
Vi Treja og tunga Sorg.

potens ille Holdan in terram
primus pedibus egreditur.

98. Medio in horto
pretiosa veste se induit,
et sic vestitus domum
ad Ingeborgam ingreditur.

99. Ave, regia virgo Ingeborga,
venusta et candida!
an polliceri vis, te hunc
principem Hiberniæ regem electuram?

100. Respondit ad hæc Ingeborga,
rubrum aurum manu tenens:
ego nullum principem
post Finnum mortuum diligo.

101. Respondit princeps virgo Ingeborga,
gravi dolore victa:
nulli me viventium
post mortuum Finnum spondeo.

102. Unam noctem in arce dormivit,
et in sinu Holdanis quievit;
hoc mihi vero relatum est,
eam tunc dolore ruptam esse.

103. Dolore mortis ejus rupta est
potens illa regia virgo;
sancte juro, fide interposita,
hoc nulli nunc evenire feminæ.

104. Eam ob rem potens ille Holdan
arcem sibi exstruendam curavit;
ibi ætatem suam consumsit
mœrore gravique dolore.

Viigengur:	Epistrophe choreis adhibita:
Gjiltan Spora vi mujn Fowt e spenni,	Revincio calcari aureo pedem meum;
So temji e mujn Gengara gow og läti renna.	Quo domitus sonipes admissis currit habenis.

X. ADAMI BREMENSIS RELATIO DE VINLANDIA.

ADAMUS Bremensis fuit canonicus et ædituus Bremis. Fama de virtutibus et doctrina regis Danorum Svenonis Astrididæ eum in Daniam excivit. Hæc profectio, ipsius regis relationes, et tabularium Hamburgense, nec non nonnulli scriptores antiquiores materiam ei præbuerunt historiæ ecclesiasticæ quatuor libris Latinè conscribendæ, in quibus explicat christianæ religionis in Germania boreali et Septemtrione propagationem a tempore Caroli Magni ad Henricum Quartum, additque ad calcem libri quarti descriptionem „de situ Daniæ et reliquarum, quæ trans Daniam sunt, regionum". Suhmius, qui in sua Historia Daniæ, T. IV p. 486 sq., de hoc opere Adami ejusque variis editionibus diligenter tractat, autumat, Adamum non opus suum ante edidisse quam post annum 1073, cum memoret mortem archiepiscopi Adelberti, cujus successori Liemaro illud dedicavit, et forte non ante quam post mortem regis Svenonis Astrididæ 1076, cum hunc regem Sanctissimum appellet. Cum nova Adami operis editio sub manu esset, inserenda Monumentis Germaniæ historicis, auspiciis Societatis aperiendis fontibus rerum Germanicarum medii ævi, ed. A. D. Pertz, atque cognosceremus ex hujus Societatis Commentariis *(Archiv der Ges. für ältere deutsche Geschichtkunde)* Vol. III p. 651 sq., egregium Pertzium, in hoc magno opere ordinando et edendo occupatum, invenisse et contulisse eximiam membranam Adami operis in Bibliotheca Aulica Vindebonensi, literas ad eum dedimus, petentes, ut lectiones variantes, ad locum de Vinlandia, quæ forte in Codice Vindebonensi invenirentur, nobiscum communicaret, quæ ab eo humanissime communicatæ sunt. Memorabilis Codex Vindebonensis eo se ab editionibus Adami operis distin-

guit, quod liber tertius in codice manuscripto etiam complectatur quartum, quartus vero vicissim descriptionem terrarum borealium contineat. Loco titulorum libris inscriptorum in hoc codice versus quidam reperiuntur; libri quarti inscriptio talis est:

Si placet hæc quarti maneant primordia libri:
Descriptio insularum Aquilonis.

Huic itaque brevi relationi fundamenti loco posuimus: 1) Codicem Vindebonensem, qui hic, ut alibi, textum purissimum et antiquissimum exhibere cernitur. Cum eo sequentes editiones p. p. sunt collatæ: 2) Adami Bremensis opus ab Erpoldo Lindenbrogio, secundum codicem Henrico Rantzowio tunc proprium, editum, ubi hæc relatio facit caput 246; hoc primum prodiit Lugduni Batavorum 1595, posterius autem inter laudati Lindenbrogii Scriptores Rerum Germanicarum Septemtrionalium, editos Francofurti 1609 ac 1630, et porro, cura Joh. Alb. Fabricii, Hamburgi 1706 Fol.; cf. p. 65. His conveniunt: editio unici libri de situ Daniæ per Johannem Messenium, Holmiæ 1615, 8, et editio ejusdem libri per Stephanium in collectione De regno Daniæ et Norwegiæ, Lugd. Bat. 1629, 16; nec non editio totius operis per Joach. Joh. Maderum, Helmstadi 1670, 4. 3) Variantes lectiones, desumtæ e codice quodam vetusto, Bibliothecæ civitatis Hamburgensis proprio, collectæ a Frederico Lindenbrogio, Erpoldi filio, et publici juris factæ a Nic. Staphorst in ejus Historia ecclesiæ Hamburgensis diplomatica, Tom. I Vol. 1, Hamburgi 1723; cf. p. 369. 4) Lectiones variantes, notatæ ab Arna Magnæo, e codice melioris notæ, Bibliothecæ Academiæ Hafniensis tunc temporis proprio, at postea flammis consumto in magno urbis incendio 1728, typis mandatæ ab Adamo Henrico Lackmann, in ipsius disquisitione: De codice Bibliothecæ Acad. Hafn. membranaceo, in quo Adami Bremensis opera inscripta fuere, Kiliæ 1746, 4. Plura circa memorabilem hanc relationem subsidia hic acquirere vel inspicere nequiimus, sed opinamur tamen, nos præcipuas ejusdem ex optimis fontibus lectiones ita collegisse.

Cum profectiones Vinlandicæ, memoratu dignissimæ, incidant in initium seculi 11mi aut post paulo, cumque haud dubiè aliquot exierint anni, ex quo Adamus suas relationes in Dania accepit, usquequo opus suum edidit,

apparet, eum rebus gestis ætate propinquum fuisse, relationesque de inventa terra forsitan vix quinquaginta post indagationem annis accepisse.

Alter extra nostrum Septemtrionem medii ævi scriptor, Adamo Bremensi fere coævus, de Vinlandia, Americæ regione, tractare videtur; est nimirum Ordericus Vitalis; natus est in Anglia 1075, mittebatur autem a patre, cum decem compleverat annos, in Neustriam (sive Normanniam) Gallo-Franciæ, ad Monasterium Uticense; hic educatus est, et ætatis anno 33tio a Guilielmo, Rotomagi episcopo, in sacerdotem fuit inauguratus. Scripsit Vitalis historiam ecclesiasticam, in 13 libros divisam, quam ad finem perduxit, anno ætatis 67mo, post Christum natum 1141. In libro 10mo hujus operis, ab Andrea Duchesnio inter Historiæ Normannorum Scriptores antiquos, Lutetiæ Parisiorum 1619 editi, sic ille (pag. 767), Magni Nudipedis bellum contra Hiberniam, et regni Sigurdi Hierosolymipetæ in Norvegia primordii commemorans, terras huic regno subjectas enumerat:

„Orcades insulæ, et Finlanda, Islanda quoque, et Grenlanda, ultra quam ad Septentrionem terra non reperitur, aliæque plures usque in Gollandam Regi Noricorum subjiciuntur, et de toto orbe divitiæ navigio illuc adveluntur."

Voluit verisimiliter auctor, V Septemtrionalium, hanc literam Germanico more pronuntiari debere sentiens, per literam F, suis magis cognitam, exprimere, et Vinlandiam igitur innuere. Edidit Duchesne opus Orderici secundum tres vetustos codices, in ipsius præfatione indicatos; si hi, vel plures antiqui, jam existunt, critica præsentis ævi arte rite debent examinari, nova certe et meliore editione indigentes; — rogavimus igitur doctum quendam nostrum sodalem, Parisiis versantem, ut tales codices, pro dicta lectione confirmanda aut emendanda, inspiciat, quod tamen hucusque, quantum scimus, ei non contigit. Est forsitan illa Finlanda, pro textus Vinlanda, typographi mendo proprie adscribenda; legimus ita in Miesegaes Adami Bremensis operum Germanica translatione (Bremæ 1825, 8, p. 362) in notis: v. Torfæi Historia Finlandiæ antiquæ, seu pars Americæ septentrionalis &c., quod erratum inter reliqua indicata et rite correcta in dicto libro desideratur.

PRÆTEREA[1] unam adhuc [a]regionem[2] [recitavit[b], a [c]multis[3] [in eo repertam[4] oceano[d], quæ dicitur Winland[5], eo quod ibi vites sponte nascantur[e], vinum optimum ferentes[6]; nam et fruges ibi non seminatas[f] habundare[7], non fabulosa opinione, sed certa [comperimus relatione Danorum[8]. [g] [*Post quam*[9] *insulam terra nulla invenitur habitabilis in illo oceano, sed omnia quæ ultra sunt glacie intolerabili ac caligine immensa plena sunt; cujus rei Marcianus ita meminit: ultra Thy-*

DESUDEN nævnte han endnu et andet Land, som af mange var opdaget i dette Hav, hvilket kaldes Viinland, fordi Viinranker, som bære en meget god Viin, voxe der af sig selv; og at der desuden voxer Korn i Overflødighed uden at saaes, derom have vi faaet Kundskab, ikke ved fabelagtig Formodning, men ved paalidelig Beretning af Danske. [*Hinsides denne Ø findes i dette Hav intet beboeligt Land, men alt, hvad der er længere borte, er fuldt af en utaalelig Is og et uhyre Mörke; hvilket Marcianus saaledes om-*

1) esse ajunt, *add. Cod. Hamb.* 2) *correct. manu scriptoris aut correctoris* insulam *in Cod. Vindeb.;* insulam, *Ed. Lindenbrogii et cet.* 3) ■ *signo* [*desunt in Cod. Hamb.* 4) repertam in illo, *Ed. Lind. et cet.* 5) id est terra vini, *add. Cod. Hafn.* 6) gerentes, *Cod. Hamb.* 7) abundare, *Ed. Lind. et cet.* 8) Danorum comperimus relatione, *Ed. Lind. et cet.* 9) ait, *add. Cod. Hafn.*

a) Hæc lectio, in antiquioribus editionibus non occurrens, convenit Islandorum enarrationibus, quæ de Vinlandia, non ut insula, sed majore continentali terra, expressis verbis agunt; hæc igitur indubie præferenda est, etsi in Vindebonensi codice manu scriptoris, vel potius alius, ita dicti, correctoris, ad aliorum codicum sensum, ista lectio in „insulam" sit mutata.

b) nempe rex Danorum Sveno Estridæ filius, *Sveinn Ulfsson* vel *Astriðarson.*

c) Innuit vocabulum hocce, istam remotam terram ab incolis Europæ septemtrionalis tunc temporis valde frequentatam fuisse.

d) scilicet, qui etiam Norvegiam, Islandiam et Grönlandiam interluit.

e) Cum his conferri debet Particula de Grönlandis in vita Erici Rufi, supra pag. 36-37, nec non Historia Thorfinni Karlsefnii pag. 118, 140, 172 sq., 291 sq. In ipsissima verba illarum *vinviðr vaxinn*, ea, quibus Adamus utitur, aptissime quadrant.

f) Hæc porro Islandorum relationibus verbotenus conveniunt; vid. *Saga Þorfinns karlsefnis* pag. 118: *hveitiakrar sjálfsánir;* p. 172: *hveiti sjálfsáit;* p. 140: *hveiti nýsáit*, quod tamen in *úsáit* vel *eigi sáit* corrigendum, quæ lectio Adami expressioni ad unguem congruit.

g) Tota sequens periodus in Codice Vindebonensi non reperitur, quapropter tute concludere possumus, eam ad primarium libri textum non pertinuisse, sed posterius, forsitan librarii alicujus vel commentatoris operâ, interpolatam esse, et loco insuper incongruo insertam, cum insula quæstionis dicta citatione monstretur [illegible] Islandia, quæ paulo ante in eodem libro erat descripta, non autem Vinlandia, hic revera ab ipso auctore tractata.

le[a], *inquiens, navigare*[1] *unius diei mare concretum est. Tentavit hoc nuper*[2] *experientissimus Nordmannorum princeps* [b]*Haroldus*[3], *qui latitudinem septentrionalis*[4] *oceani perscrutatus navibus, tandem caligantibus ante ora deficientis mundi finibus, immane*[5] *abyssi baratrum, retroactis vestigiis,* [6]*vix salvus evasit.*][7]

taler, i det han siger: Naar man seiler een Dag hinsides Thyle, er Havet tilfrossent. Dette forsøgte nylig Nordmændenes meget erfarne Fyrste Harald, som med sine Skibe befoer Nordhavets Brede, og neppe undkom i Behold fra Afgrundens uhyre Svælg, ved at vende tilbage, da Verdens yderste Grændser formörkedes for hans Öine].

1) navigatione, *Cod. Hafn. et Hamb.* 2) *abest in Cod. Hamb.* 3) Haraldus, *Cod. Hamb. et Ed. Messenii.* 4) septentrionalem, *Cod. Hamb.* 5) inane, *Cod. Hamb.* 6) pene, *add. Cod. Hafn.* 7) *Hæc omnia add. Editiones nec non Cod. Hafn. et Hamb., sed tota ea particula deest in Cod. Vindeb.*

a) Adamus Bremensis per Thylen intelligit Islandiam, scriptores vero antiquissimi sine dubio intellexerunt partem aliquam Norvegiæ, forte australem, ut explicavit Bredsdorff in *Bidrag til Forklaring af Ptolomæus's Forklaring om de nordiske Lande*, insert. scriptis Soc. Lit. Scand. Vol. 20, p. 204 sq. Marcianus quidem Thylen nominat in Satyrico suo; sed non habet hanc locorum descriptionem, quæ ei h. l. tribuitur, quare, eam ab alio scriptore esse desumtam, putandum est, forte a Plinio, cujus hac de re hæc verba sunt: „A Thule unius diei navigatione mare concretum, a nonnullis Cronium appellatur"; vide Plinii Sec. Hist. Nat. Lib. IV, cap. 30, fin. Ed. Bipont.

b) Haraldus, cognomine *harðráðr* (Severus), ab anno 1046 ad 1066 regnans, et in bello contra Anglos interemtus, qui hic experientissimus audit, laudatur quoque a Snorrio in *Heimskringla* III, 95, his verbis: *Haraldr konúngr var spekingr mikill at viti, svá at þat er alþýðo mál, at engi höfðingi hafi sá verit á Norðrlöndum, er jamndjúpvitr hafi verit, sem Haraldr, eða ráðsnjallr*, i. e. „Rex Haraldus sapientia adeo excellebat, ut communis populi sermo esset, neminem fuisse in orbe septemtrionali principem, qui eum ingenii subtilitate aut in excogitandis consiliis acumine æquiparaverit." Snorrius quidem mentionem facit talis ab eo susceptæ expeditionis, sed addit, præter res ejus gestas, ab se descriptas, multas adhuc exstare alias, literis mandatas. Neque alibi nobis de aliqua ejus in vel ultra Grönlandiam expeditione ulla relatio innotuit; scimus tamen, unum ejus subditorum Thorerum, ipsius auspiciis, in Grönlandiam navigasse, ibique hiemasse, quæ circumstantia longam et difficilem e Norvegia navigationem indicare videtur. Audunus quidam Islandus Thorero in hoc itinere socius fuit; hic ursum album, quem in Grönlandia acquisierat, Svenoni Estridæ filio, Daniæ regi, donavit, ei magnopere acceptum, et deinde per plures menses in ejus aula moratus est, cum ipso rege sæpe conversans. Rex Sveno multa Bremensi Adamo de nostro Septemtrione retulit, inter quæ narrationem illam de viri Norvegici, Haraldi subjecti, quem Sveno vel Adamus cum ipso rege facile confundere potuit, Grönlandico itinere fuisse suspicamur; vide *Fornmanna Sögur* VI, p. 297-307.

XI. DESCRIPTIO QUORUNDAM MONUMENTORUM EUROPÆORUM, QUÆ IN ORIS GRÖNLANDIÆ OCCIDENTALIBUS REPERTA ET DETECTA SUNT.

De permultis parietinis, quæ in Grönlandiæ ora occidentali repertæ sunt, hic illic disjecti extant commentarii, quos in unum corpus rediget opus, inscriptum *Grönlands historiske Mindesmærker*, Historica monumenta Grönlandiæ, quod curante nostra Societate luce publica propediem donabitur.

Cum Societas hæc ipsa statuerit, quæ ex his parietinis gravissimi momenti esse videantur, perfodiendas et scrutandas curare, quam ad rem viri honestissimi, publicis muneribus in Grönlandia fungentes, operam suam benignissime sunt polliciti, in magna spe sumus fore, ut in opere supra memorato quædam hactenus incognita, quæ huic rei aliquam lucem afferant, proferre in medium possimus[a].

Quoad antiquitatis memorabilia monumenta, quæ adhuc in polari hac terra reperiuntur, lectori, exempli gratia, communicavimus disquisitiones de tribus vetustis ibidem inventis lapidaribus inscriptionibus et insuper singulam ruderum quorundam optime conservatorum descriptionem, quæ omnia veterum Scandinavorum in his regionibus non tantummodo frequentes migrationes, sed etiam fixas et diuturnas quidem habitationes, indubie testantur.

A. *De lapide literis Latinis inscripto ex promontorio Ikigeit.*

Anno 1831 reverendus De Fries, e societate Fratrum evangelicæ religionis propagandæ, prope Ikigeitum, dimidii milliarii spatio boream versus ab Friedrichsthalo trans sinum ibidem situm (60° lat. bor.), in cujus vicinia aliquot vetustæ parietinæ exstant, lapidem sepulcralem, supra limen domus Grönlandicæ, ubi jam diu jacuerat, collocatum invenit, inventumque extemplo in coloniam Spei Julianæ deportandum curavit, unde insequenti autumno, curante Jano Mathiesen, coloniæ præfecto, in Museum nostrum antiquitatibus borealium conservandis, transportatus est. Hic lapis est

a) De his investigationibus, jam inceptis, præliminariæ quædam relationes leguntur in ephemeridibus nostræ Societatis archæologicis *Nordisk Tidsskrift for Oldkyndighed* II p. 313-343.

planus, forma aliquantum oblonga, longus circiter tres pedes et dimidium, latus unum pedem ab summo, unum et dimidium a parte abrupta; pars summa quinque digitos crassa, abrupta duos. Est quidem e saxo granitoïdeo coloris griseo-albi, sed superficies ejus, diu, ut videtur, cœlesti injuriæ exposita, imbrium et hiemis contumeliam sensit. Supra insculpta est figura orbiculata, infra quam longa crux est, ovato circulo inclusa. Infra patibulum crucis, secundum longitudinem ejusdem, inscriptio Islandica cernitur, in duos versus ab utraque parte crucis divisa, Latinis notata characteribus, quales in Septemtrione ævo medio antiquiori usurpati sunt, forma literarum exacte referente ductus, qui in inscriptionibus monumentorum septemtrionalium seculi 12mi reperiuntur, v. c. in monumento Helgii, regi Nicolao a consiliis, quod annum præfert 1128 (vide *Antiquariske Annaler* Tom. III Tab. III). Ex hac inscriptione sequentia in integra parte lapidis apparent:

HER : HVILIR : HRO/
K O L G R I M S : S.

Circa orbem ovatum, qui inscriptionem ambit, vestigia apparent alius, forte vetustioris, inscriptionis, cujus maxima pars utrinque abrupta et deleta est. In lacinia, quæ superest, vox IDVS vix conspicitur. Quo loco indicatum fuisse putamus diem mensis secundum calendarium Romanum, quod ævo medio ab clericis vulgo usurpatum fuit. Post literam O in prima inscriptionis linea obliquum incisum cernitur, quod vix aliud esse potest, quam initium literæ A. Quare inscriptio sic legenda videtur: *Hèr hvílir Hróar* (sive *Hróaldr*) *Kolgrímsson.* Nomina propria *Hróar* sive *Hróaldr*, et *Kolgrímr* (in genit. *Kolgríms*) antiquissimæ linguæ septemtrionali propria sunt, priscis temporibus familiaria, nunc vero in Islandia maximam partem obsoleta. Nomen *Kolgrímr* ab Grönlandis, ex familia Norvegico-islandica oriundis, novissimis coloniæ temporibus usurpatum esse constat. Icon hujus lapidis in Tab. VIII, æri incisa, reperitur.

Ruderum dictorum fundamentorum delineationes Societati nostræ misit reverendus De Fries; unum horum ædificiorum templum quondam christianum fuisse ex illius investigationibus tute concludendum censemus.

B. *De lapide literis runicis inscripto, in intimo sinus Igalikko recessu invento.*

Jam anno præcedente, Museum nostrum alio, eoque perquam notabili, antiquitatis monumento, ex occidentali ora Grönlandiæ, auctum est, lapide scilicet runico, invento in intimo recessu sinus Igalikkoi ab orientali latere Coloniæ Spei Julianæ, 60° 55′ lat. bor.

Præfectus Coloniæ J. Mathiesen, Spe Julianæ residens, literis 24. aug. 1830 ad Regios septemviros conservandarum et publicandarum antiquitatum septemtrionalium datis, lapidem runicum, supra memoratum, huc misit. Indigenæ Grönlando, nomine Christiano, Igalikkoi habitanti, qui huncce lapidem detexerat, septemviri sclopetum magni pretii, insignem lamella argentea titulo ad inventorem ornata, præmii loco remiserunt.

Hujus lapidis runici accuratam iconem reperies in Tab. VIII, æri incisa, qua eadem tabula delineatio lapidis Ikigeitii quoque reperitur.

Lapis est duos pedes et quatuordecim semis pollices longus, latus circiter quatuordecim pollices. Cum vero aliqua pars ejus, tribus infra characteres runicos pollicibus, abrupta sit, eum longiorum fuisse apparet. Est quidem e saxo arenaceo rubro.

Ipsa inscriptio nulla difficultate laborat. Ea sic est:

VIGDÍS M.D. HVÍLIR HÈR; GLEÐÈ GUÞ SÁL HENNAR,

i. e. Vigdisa M. D. hic quiescit, deus animam ejus gaudio afficiat.

Septima tantum et octava nota runica primæ lineæ locum conjecturæ præbet.

Antequam lapis e navi expositus esset, Finn Magnusen, de ambiguitate ductus literarum ipsius lapidis nondum certus, adjectum inscriptionis exemplum secutus, quos nominavimus characteres runicos per *mey* explicaverat. Ut primum lapis in Museum erat deportatus, hunc inscriptionis locum extemplo inspicientes, bina puncta inter hos duos characteres adeo perspicue exarata deprehendimus, ut non possent pro distinctionibus non haberi, unde necessario sequitur, hos characteres esse ᛘ *Maðr* et ᛏ *Týr*, i. e. *M* et *T*, vel *D*. *D* hic certe valet *dóttir* filia, *M* patrem Vigdisæ designat. Sunt pauca in sermone Islandico nomina virorum ab *M* incipientia. Afferamus ex his maxime præcipua: *Magni*, *Magnús*, *Máni*,

Már, *Marteinn*, *Móðúlfr*, ex quibus *Már* est unum ex antiquissimis, *Magnús* vero seriori tempore frequentissimum.

Celeberrimus noster Rask[a], qui lapidem postea examinavit, indubiam lectionem inscriptionis supra allatam novis argumentis firmavit. Notam runicam septimam et octavam primæ lineæ contractas esse, et cum vulgo punctum soleat inscribi angulo characteris ᛏ, ut vim literæ D exprimat, hoc loco, ad eandem vim exprimendam, tenuem lineolam transversam lineæ contractionis superscriptam esse, haud dubie (ut putat Rask) eo quod angulus characteris *Týr* in acutius acumen exierit, quam ut ullum punctum ei inscribi potuerit, aut forte rectius eo consilio, ne significatio puncti eo loco notati cum duorum punctorum infra positorum confunderetur.

Insolitam illam figuram, qua secundus character runicus tertiæ lineæ notatus est, Rask explicat per ð, quod per Latinum aut Mœsogothicum *d* expressum sit, tantum quod hujus literæ semicirculus anterior in acutum exierit, duas enim rectas lineas in angulum coëuntes facilius, quam tantillum arcum, sculpi. Sonum literæ *D* inter duas vocales, ut in lingua Anglica recentiore, visam esse runarum sculptori molliorem, quam in fine vocis. Quare eum notam ð in voce *gleðè*, *þ* in *guþ* delegisse.

Hoc modo singuli literarum ductus, in hac inscriptione obvii, quantum fieri potest, evidentissime ac certissime illustrati sunt.

Nomen *Vigdís*, ceteroquin admodum frequens, in antiquis de Grönlandia relationibus Islandicis non deprehendimus. In libro Originum Islandiæ non pauciores quam decem et septem hoc nomine insignitæ occurrunt, quarum nonnullæ ad ultima occupatæ insulæ tempora recedunt. Sic una ex filiabus Thorsteinis Rufi, filii celebris illius Œdæ Prædivitis, quæ etiam in Historia Thorfinni Karlsefnii commemorata inter primos insulæ occupatores recensetur, hoc nomen gessit, ejusque ex filia neptis idem nomen sortita est.

Litera alphabeti Latini runicis characteribus intermixta, ex sententia Raskii, signo est, inscriptionem perantiquam non esse. Pro argumento ejus-

a) Ejus annotationes de hoc lapide runico legi possunt in ephemeridibus publicis, inscriptis *Nyeste Skilderie af Kjöbenhavn*, 1830, pag. 1405-1407).

dem rei, quanquam ad probandum minus valido, afferri potest, tum quod singula verba tanta diligentia distinguuntur, tum etiam quod runæ incisæ ubique sunt observatæ. Etsi tempus inscriptionis in incerto sit, tamen, ni fallimur, seculum undecimum vel duodecimum proxime ad veram ejus ætatem accedere videtur.

Inventus est lapis hicce inter parietinas, quas templi alicujus reliquias esse cum earundem naturâ, tum inventa eo loco particulâ metalli, ex quo campanæ funduntur, jam antea creditum est. Ipsius lapidis inscriptio hanc conjecturam optime confirmat; hujus loci diligentiorem examinationem Societas nostra magni igitur momenti duxit, quam etiam per evangelii in Spei Julianæ colonia prædicatorem, Reverendum M. W. Esmannum, mense Augusto 1832 instituere fecit; hæc licet parvæ quoad archæologicas detectiones frugis, ipsa rudera, 96 pedes longa sed 48 lata, templum olim christianum fuisse firmissime probavit[a].

C. *De parietinis templi in sinu Kakortok.*

In intimo recessu sinus Igalikoi, eo loco, ubi repertus est lapis runicus antea memoratus, fuere, juxta relationem celeberrimi Centurionis Graah, ædificia longitudine pedum centum et viginti, latitudine centum, saxis exstructa immensæ magnitudinis, parietibus vero, quamvis tanta crassitudine, ut necessario videantur æternum fuisse duraturi, raro sex pedum altitudinem excedentibus.

Ex parietinis toto litore optime conservatis est templum, dictum Kakortokium. Cujus constructionis rationem et artificium, ex quibus de reliquis ejus ætatis ædificiis Grönlandicis haud dubie judicari poterit, quo perspectiora lectores habeant, hoc loco (Tab. IX) adjecimus delineationes duas hujus templi, nobiscum ab Centurione Graah communicatas, quæ quoque itinerario ejusdem unacum brevi harum memorabilium parietinarum descriptione postea insertæ sunt.

Situm est ad brachium sinus Igalikoi sive Coloniæ, circiter duorum semis milliarium spatio ab emporio Spei Julianæ. Exstructum est

a) cf. *Nordisk Tidsskrift for Oldkyndighed* II p. 318-319, nec non comment. doctissimi Pingelii, qui ipsum hunc locum aliquot abhinc annis visit, I p. 97-99.

in planitie supina, a mari adsurgente, non quidem admodum lata, sed in magnam longitudinem excurrente, quæ rupibus ad 40 pedes altis, ad perpendiculum directis, continetur, pone quas rupes pars maxime borealis montium, Yviengiset dictorum, remotiusque (mons) Pecten *(Redekammen)* in altitudinem ter vel quater mille pedum supra maris superficiem exsurgit. Ratio structuræ non magis simplicitate quam elegantia spectabilis est; materiam præbuere saxa ingentia, aliqua ex parte cædendo concinnata, haud dubie desumta ex rupibus perpendicularibus modo memoratis, quæ eodem ac parietes saxorum genere constant. Singula saxa cum delectu et cura aut invicem apposita aut superposita sunt, sed in pariete exteriore nulla apparent coagmentorum vestigia. Contra ea a parte interiori, inter media saxa, hic illic perexiguæ micæ ex massa dura et alba, quæ sine dubio calx fuit, inveniebantur.

Anterior pars templi, quæ mari obversa meridiem spectat, quatuor habet fenestrarum loculamenta, duasque fores, quarum orienti propior, pæne duobus semis pedibus altera humilior, haud dubie tantum usibus templi ministrorum, altera vero occidenti propior concionis ecclesiasticæ usibus destinata fuit. Verum ista proportionis inæqualitas, cum utrarumque forium limen superius ad libellam æquum sit, haud magnopere in oculos incurrit, neque nisi ab ingrediente animadverti potest. Declive solum haud dubie causa fuit, quod hic paries primum inclinare cœpit; qui posthac vix dimidium seculum vehementiam tempestatis perferre poterit. In fronte boream spectante una tantum fenestra apparet, quod paries eo loco, quo altera fenestra huic respondere debuisset, corruit. Aditus primarius in pariete occidentali fuit; supra eundem ingens fenestra reperitur, et in pariete orientali eadem altitudine alia perquam artificiose arcuata. In interiore templo aliquot exigua conclavia, forma parallelepipedi, in ipsis parietibus facta, attentionem nostram in se convertunt, quæ forte conservandis tabulis, in quibus inscripta fuerint loca biblica, aut exiguis sanctorum imaginibus ex ligno aut ossibus destinata fuerunt. Conservando sacro calici, patinæ ceterisque rebus sacris vix destinata fuere, cum hæ res videantur prope altare collocari debuisse, quod etiam hoc in templo ad parietem orientalem e regione vestibuli situm fuisse necesse est, cum

tamen tria ex his conclavibus parieti boream spectanti, quatuor ad austrum vergenti inædificata sint; præterea aliquot similia in pariete boreali exteriore apparent. Notari porro meretur lapis, in pariete boreali intrinsecus jacens, qui viginti amplius, quantum memoria assequi licet, viginti quatuor aut sex lineolas parallelas habet, manu humana luculenter incisas:



Uno loco vestigia inscriptionis alicujus incidi cœptæ apparere videntur, quanquam fieri possit, ut vestigia sint dissolvi cœpti lapidis. Hic lapis, quemadmodum conclavia, circiter quinque pedibus supra solum pavimenti exstat.

Hujus memorabilis ædificii, quod in universum non minus artem, quam judicium prodit, longitudo est pedum quinquagenum et unius, latitudo pedum vicenum quinum; parietis borealis et australis crassitudo plus pedum quatuor, altitudine a tredecim ad septem pedes variante. Crassitudo parietis extremi quinque ferme pedes exæquat; altitudo parietis orientalis, qui anno 1777 erat pedum vicenum duorum, hodie tantum est pedum denum octonum et trium digitorum; occidentalis, ferme sedecim pedum. Aditus principalis est latus tres pedes cum dimidio, altus sex pedes et semis; supra eundem lapis positus est, duodecim pedes longus, viginti quinque digitos latus, septem ad octo digitos altus. Parva illa conclavia sunt viginti tres digitos longa, decem et septem digitos profunda, decem et quatuor alta. Fenestra arcuata extrinsecus tres pedes et novem digitos alta, duos pedes et sesquidigitum lata: intrinsecus quinque pedes et quatuor digitos alta, quatuor pedes et totidem digitos lata; fenestra huic ex adverso in pariete occidentali opposita extrinsecus est tres pedes et sesquidigitum alta, unum pedem et tres digitos lata; quatuor fenestræ in fronte principali, ut et una in pariete septemtrionali extrinsecus sunt duos pedes et undecim digitos altæ, unum pedem et quatuor digitos latæ; intrinsecus quatuor pedes totidemque digitos altæ, quatuor pedes et duo digitos latæ.

Totum ædificium, intervallo pedum quinquagenum ad sexagenum, olim exstructa maceria, quæ nunc penitus collapsa est, circumdatum fuit.

Celeberrimus Centurio Graah, qui locum purgandum et summa diligentia perscrutandum curavit, cum nullam potuerit reperire inscriptionem aut ullam rem ad antiquitates pertinentem, opinatur, id quod ad verum prope accedere videtur, hoc ædificium nunquam fuisse ad finem perductum.

D. De lapide runico ex insula Kingiktórsoak in freto Baffini.

Ex brevi illa, quam supra (p. **296**-**300**) exhibuimus, Grönlandiæ Chorographia, ceterisque veterum relationibus de Grönlandiæ Vestbygda, apparet, veteres occidentale Grönlandiæ litus saltem æque longe versus boream cognovisse, atque id nunc cognoscimus. Verum hæc res paucis ante annis egregie confirmata est, cum Grönlandus quidam, nomine Pelinut, vere anni **1824**, memorabilem inveniret lapidem runicum, in insula Kingiktórsoak, sub grad. **72**, min. **55** lat. bor., grad. **56**, min. **05** long. occ. Greenw., quatuor milliariis versus caurum a colonia Danica borealissima, Upernivika, quæ sub grad. **72**, min. **48**, lat. bor. sita est. Quem lapidem cum inventor Archicetariis Anglicis frustra venalem obtulisset, eum deinde tradidit Danico Centurioni navali *Graah*, qui eum in Daniam transportandum curavit, et Museo nostro, ubi nunc servatur, donavit.

Hic lapis runicus, ut exspectare par erat, summam nostratium antiquitatis scrutatorum attentionem in se convertebat. Misimus statim ejus delineationem amico nostro et collegæ Doctori Gislio Brynjulvsonio, ecclesiæ Holmensis in Islandia sacerdoti, *Periculo* suo *Runologico* de literis bene merito, in quo viro infelici casu brevi exinde tempore abrepto magnum fecit damnum antiquitatum borealium scientia. Atque ille postpaulo suam de eximiis hisce antiquitatis reliquiis disquisitionem ad Societatem nostram remisit. Interea jam duo Runologi, in hâc urbe degentes, Rask et Finn Magnusen, inscriptionem explicaverant; quorum explicatio quam accurate cum Brynjulvsoniana consentiat, etsi utraque invicem absoluta sit, magnam facit admirationem; quarum illa collectioni *Antiquariske Annaler* Vol. IV, pag. **309** seq. inserta est, hæc nondum typis impressa. Harum utriusque, quatenus consentiunt, argumentum cum lectore communicabimus, atque hoc

eo fusius, quod hic lapis certum et evidens præbeat testimonium de itineribus veterum Borealium vel in borealissimas Grönlandiæ Vestbygdæ oras, Americæ tam vicinas, et hoc modo confirmet relationes de eorundem ad hanc quoque terram profectionibus. Hicce lapis perexiguus coloris est atro-viridis, ejusque superficies alio lapide per arenam expolita esse videtur. Reperitur Tab. VIII lapidis delineatio ad veram staturam adumbrata. Inscriptionis autem, instrumento ferreo inscalptæ, singulæ voces sigillatim explicandæ sunt.

Prima vox varias explicationes admittit, dum prima nota aut pro litera accipi potest, aut ut ornamenti causa præfixa, velut nota huic fere similis in initio secundæ lineæ, quæ ibi nullum quidem significatum admittere poterit. Proxima litera, duobus punctis intra curvaturam notata, et deinde in inscriptione uno puncto aut nullo insignita, crebro in Norvegicis inscriptionibus adhibetur pro ᚿ sive E, quemadmodum etiam in duobus invenitur lapidibus runicis, Hallbjarnareyræ in Islandia occidentali, prope ab eo loco, unde primi coloni Grönlandici duce Eiriko Rufo in Grönlandiam demigrarunt. Tertia ᚫ est duplex ᛚ, penultima est g. Jam vero si prima nota pro litera accipitur, secundum ingeniosam Brynjulvsonii conjecturam accipienda est pro runa composita ex ᚴ, i. e. g, quæ inter sculpendum in ᚴ abierit, et ᚢ, i. e. v, infra addito. Sic vox legenda esset Gvellikr sive *Gvelligr*, quæ secundum vulgarem pronuntiationem scribi posset pro *Guðlaugr*, quod pronuntiatur ut *Gvöllögr*, et a rudioribus sæpe ut *Gvöllegr* sive *Gvelligr*. Cum autem nota in initio sequentis lineæ occurrens, huic perquam similis, nullam ibi significationem habere possit, rectissimum videri possit, hanc quoque notam pro ornamento initiali accipere, et penultimam literam *g* pro *ng* explicare, quemadmodum in antiquissimis codicibus Islandicis, v. c. in memorabili antiquo codice, qui in editione Jomsvikinga-Sagæ, a Societate nostra, in *Fornmanna Sögur* Vol. XI curatæ, fundamenti loco positus est, peculiaris quædam figura *g* pro *ng* adhibita reperitur. Cum duplicatio literarum raro aut nunquam in runicis inscriptionibus occurrat, explicari quoque *g* possit ut *gg*, quod secundum usum veteris orthographiæ pro *ng* accipi posset. Sic vox efferenda esset *Ellíngr*, nempe usitatum nomen *Erlíngr*, ex pronuntiatione scriptum, cum tam *ll*, quam *rl* islandice pronuntietur ut durum *l*, vel rectius ut *dl*.

Mox sequitur vox *Sigvaþs:son:r*, hic in tres partes divisa, secundum usitatum in inscriptionibus runicis dividendi modum, neque satis accuratum, neque consentaneum, dum jam voces nullis notis distinctivis disjunguntur, jam singulæ voces, et vel interdum singulæ syllabæ uno vel pluribus punctis, prout permittit spatium, separantur, ut hoc loco syllaba finalis, terminatio masculina *r*, sive *ur*, a voce, ad quam pertinet, dissociatur. Nomen *Sigvaþr* usitatum est; scriptio vero hujus vocis hoc loco minus accurata, posito ᚦ pro ᛏ, nam alias scribitur *Sigvatr*, sive rectius *Sighvatr*.

Primam lineam terminant voces: *ok Bjanne Tortarson*. *Bjanne* est nomen Islandicum *Bjarne*, frequenter occurrens, item secundum pronuntiationem scriptum, nam et *nn* et *rn*, ut durum *n*, sive rectius ut *dn*, efferuntur, itaque *Bjanne* et *Bjarne* ut *Bjadne*. Secunda litera vocis debet esse ᛁ, parvula vero linea transversa a sinistra parte hujus runæ est mendum sculpturæ, atque in lapide nonnihil exsculpta esse conspicitur. Nempe sculptor lineam transversam huic runæ, loco sequentis, vitiose addidit, intellecto autem errore, cum eam, cui addi debuit, runæ adnotavit, eandem ex runa antecedente exsculpere voluit. In voce *Tortar*, genit. nom. *Tortr*, hoc loco reperitur durum *T* pro aspirato *þ*, quod alias in hoc nomine vulgo usurpatur, cum apud veteres scriptum sit *þórþr*, nunc *þórðr* vel *þórdr*. ᛏ pro *þ* in inscriptionibus runicis non sine exemplo est, in quibus raro accuratio orthographica deprehenditur, quare in aliis quoque inscriptionibus *Turtr* pro *þórðr* scriptum reperitur.

Secundam lineam, post notam ornamentalem, incipiunt verba: *ok Enriþi Osson*. Nomen *Enriþi* secundum pronuntiationem hoc loco scriptum est pro *Eindriði*, ut olim vulgo moris fuit, cum hodie scribatur *Endriði* vel *Indriði*. *Osson* quoque pronuntiationem, etiam hodiernam, plane sequitur, pro *Oddsson*, ab *Odds*, gen. nom. *Oddr*, et *son*.

Jam explicata sunt nomina personarum, a quibus, aut quorum instituti causa hic lapis runicus sculptus est. De quibus nominibus hoc in commune notandum est, quod omnia vere Islandica, pervetusta et frequenter usitata sunt. Venimus jam ad voces sequentes, quæ tempus, quo convenerunt, et quod hoc tempore perfecerunt opus, legentibus monstrabunt.

Eadem linea porro sequentia continentur: *laukardak·in fyrir gakndag.* In voce *laukardakin*, i. e. feria septima, die Saturni (lavacri), articulus postpositivus a voce, ad quam pertinet, secundum distinguendi modum minus accuratum, supra ad vocem *Sigvaþs: son: r* memoratum, puncto separatus est. Diphthongus *au* expressa est perspicuo monogrammate, composito ex ᛅ et ᚢ; *gakndag* debet esse *gagndag*, ut *laukardakin* debet esse *laugardaginn*, omisso tantum per incuriam puncto in ᚴ, quod k in g transformaret. Antiquissimis temporibus hæc puncta non adhibita sunt, sed ᚴ significavit tam *k*, quam *g*; videmus autem, hanc inscriptionem runicam his notis promiscue uti, et ᚴ punctatum non ignorare. Ceterum hæ tres voces secundum vulgarem orthographiam scriptæ sunt, et, ut nomina, mere Islandicæ. Vox *gagndagr* derivatur a *gagn*, victoria, et *dagr*, dies, itaque proprie significat *diem victoriæ.* Hoc nomine apud antiquos Islandos catholicos duo festa veniunt: unum, vulgo appellatum *gagndagrinn eini* et *hinn mikli*, i. e. dies victorialis unicus et magnus, magna solennitate celebratum est circa 25 aprilis. Hac festa die sacerdos, ecclesia comitatus, solennem processionem instituere debuit circa cœmeterium, lumen librumque manu tenens; ante sacerdotem portabatur aqua consecrata, qua cœmeterium conspergebatur, et crux, præter usitatum talibus processionibus candelabrum magnum, *upphaldsstjaki* appellatum, tres, sex aut novem habens candelas. Inter processionem sacerdos preces quasdam, diei festo convenientes, pronuntiabat. Præterea in cœmeterio septem cruces erigebantur, quas concio solito more veneraretur. Præter sacerdotem, hoc die quisque paterfamilias cum domesticis prata domestica et ædes, cum cruce, aqua consecrata et igne, loco luminis, religiose circumiret, ut pronuntiatis precum formulis res suas lustraret, eas ab omni fascinatione defenderet, et feracitatem cœlique munera deduceret. Hic ita dictus dies victorialis unicus diversus erat ab ejusdem nominis festo solenni, quod celebratum est tres dies ante diem ascensionis Christi, nempe die lunæ, Martis et Mercurii, ex quibus dies Mercurii, propter sequentem diem ascensionis, maxima solennitate celebratus fuisse videtur. Tota hebdomas vulgo nominabatur *gagndagavika* vel etiam *gángdagavika* (hodieque Anglice *gangweek*). De celebratione horum dierum ita habet jus ecclesiasticum Thorlaci et Ke-

tilis: *Annan dag viku í gagndögum ok priðja dag skal halda at helgi sem þvottdag, gánga um bæ sinn ok tún með vígðu vatni, krossum ok bænahaldi*, i. e. „Secunda et tertia feria dierum victorialium, instar feriæ septimæ, sanctæ celebrantor, villam et agros cum aqua consecrata, crucibus et precationibus quisque circumito;" ferme uti antea de die victoriali magno memoratum est. Hoc festum interdum dicitur *gángdagr*, dies processionis quam ob causam Gudmundus Andreæ id non inepte cum Romanorum Ambarvalibus comparat, quorum apud Romanos idem finis fuit, atque apud Islandos dierum victorialium, nempe ut terræ fertilitas sacris ceremoniis provocaretur. Romanorum Ambarvalia, quæ 14 Maii celebrabantur, in idem fere tempus incidebant, atque dies victoriales in hebdomade ascensionis Christi. Ceterum de his adi Finni Johannæi Hist. eccl. Isl. I, p. 152 sq. 360. II, p. 360-361. Lingva Anglosaxonica hoc festum dicitur *gangdagas*, veteri Scotica *gangdayis*. Restat, ut excutiamus, magnane dies victoriosa, an dies victoriosi in hebdomade ascensionis, per inscriptionis *gagndagr* intelligendi sint. Finn Magnusen primo eo inclinavit, ut posteriores intelligeret, quod minus probabile videbatur, hanc insulam septemtrioni adeo propinquam initio anni, mense Aprili, ab his, qui runas insculpserunt, fuisse visitatam, nisi sumi posset, eos ibidem aut in vicinia hiemasse. Cui sententiæ favere videtur, quod vox *gagndagr* etiam in *Rímbegla* p. 554 collective usurpatur de tribus illis diebus victorialibus, et quod omnes regulæ, ibidem allatæ ad hoc festum inveniendum ope Dactylismi ecclesiastici, ad hos dies victoriales tantum pertinent, non ad diem victorialem magnum. Deinde vero idem præferre videtur magnam illam festam diem, prius memoratam, quæ in locum venerat festi ethnicis celebrati, in quo, æstivi semestris initio, hostia victorialis diis immolata fuit[a]. Brynjulvsonius quoque hanc diem hoc loco intelligendam putat, quod primaria esse videatur, ex qua ceteri dies victoriales tanquam orti sint, quippe qui introducti esse videantur, ut huic substituerentur, quando nempe hæc dies, ut sæpe usu veniebat, cum aliis festis diebus coincidens, propriis ritibus et institutis celebrari non potuit, in primis quoque eo, quod,

a) Cfr. Finn Magnusen Vet. Boreal. Mytholog. Lexicon, (cum Calendario gentilium, ad dies 23 & 25 Aprilis, pag. 803, 809).

ut fixum festum, magis videatur idonea ad tempus constituendum, quam mobiles illi dies victoriales, qui nulli certo mensi, nedum certo mensis diei, adstricti erant. Sic vir doctissimus putat, sculptorem runarum hoc loco, secundum constitutionem temporum, illis temporibus usitatam, non, ut nunc solitum est, diem mensis præcise destinando, sed solummodo diem hebdomadis ante aut post hoc vel illud fixum festum nominando, tempus, quo has runas sculpserit, definivisse; nempe diem Saturni ante 25 aprilis, qui secundum rationem temporum Islandis vulgo receptam erit primus dies Saturni semestris æstivi, quod incipit die Jovis inter 18 et 25 Aprilis.

Definito anni tempore, quo actio instituta est, ipsum institutum commemorare sculptor aggreditur, pergens in linea tertia: *hloþu vardate ok rydu. Hloþu*, sive, hodierna scriptione, *hlóðu*, est 3 pers. plur. imp. verbi *ek hleð*, exstruo, ædifico, usitatum de aggeribus omnibusque operibus, quæ terra aut saxis exstruuntur. Mox sequitur objectum verbi, nempe *varða*, acc. plur. aut sing. nom. *varði*, nota, meta, vulgo lapidea, nunc quoque femin. *varða*, in antiquis historiis plurimum mascul. *varði*. Formatur vox a *vara við*, facere ut quis caveat, commonefacere, significare, et ita notat signum, ad alios commonefaciendos positum. Ubique in Islandia in viis, ut in Grönlandia quoque multis locis, hodieque visuntur tales metæ, lapidibus exstructæ, quæ viam proficiscentibus monstrent, inprimis per invia tesqua aut montium juga ducentem. Proxima vox *te* haud facile aliam admittet explicationem, quam quod abbreviate poni statuatur pro *tenna*, vel plur. *tessa*, ita scriptum, ut antea *Tortr* pro *þórðr*, pro *þenna* vel *þessa*. Similes abbreviationes frequenter in inscriptionibus runicis occurrunt, et cum sculptor monogrammata non ignoret, tales abbreviationes sine dubio non ignoravit. Audacius quidem forte videbitur, talem abbreviationem admittere, cum vero duo præcedentia vocabula adeo sint manifesta, ut de horum lectione nullum possit esse dubium, haud facile aliud quidquam aptius invenietur prædicatum accusativi *varða*, quam horum alterumutrum, et *το te* arcte pertinere ad *το varða*, inde apparet, quod sculptor, qui alias ut plurimum singula vocabula, et vel interdum syllabas, separat, hic hancce particulam una voce cum *varða* conjungit, quasi hæ duæ voces unam efficerent. Tres illi commentatores vocem per *þenna* explicarunt,

nos præferimus lectionem *þessa*, quam etiam Brynjulvsonius indicavit, et id quidem ea ratione adducti, quod sacerdos Kragh et mercator Stephensen, qui postea ipsum locum insulæ Kingiktorsoakæ, ubi inventus est lapis runicus, explorarunt, reliquias invenere trium metarum, quarum una fuit ingens, duæ minores, sic exstructarum, ut trianguli æquicruri angulos efficerent. Ex his tribus metis singulæ ab singulis trium virorum, in inscriptione memoratorum, exstructæ sine dubio fuerunt. Verisimile est, lapidem metæ majori insertum fuisse, indeque imbrium ruina aliove casu abruptum decidisse, inventus est enim inter has tres proxime ab maxima. *Ryðu* posset quidem, secundum Magnusenii alternantem conjecturam, explicari de *rytu*, pro *ritu*, 3 pers. plur. imp. v. *ek rit* (vel *rita*), *reit* (vel *ritaði*), *ritinn* (*ritaðr*), scribo, incido: sed obstat, quod expressè legitur ᛦ, non ᛁ; quo accedit, quod ᛦ ɔ: *y* in inscriptionibus runicis haud facile adhibeatur pro ᛁ ɔ: *i*, etsi utraque hæc vocalis perinde pronuntietur. Hinc rectius erit, hanc vocem accipere pro 3 pers. plur. imp. verbi *ek ryð*, quæ vulgo est *ruddu*. Quod hoc loco simplex ᚦ pro duplici adhibetur, usitata est abbreviatio in runicis inscriptionibus; cumque vox primitiva *y* habeat, facile intelligi potest, sculptorem *y* pro vulgari *u* similis soni ponere potuisse. Sensus itaque est: locum purgaverunt vel patefecerunt.

Venimus nunc ad partem inscriptionis difficillimam, nempe ad sex notas, quæ in calce ultimæ lineæ sunt. Quas cum Brynjulvsonius pro figuris ornamentalibus, lineæ complendæ causa additis, accipiat, eas ulterius explicare supersedet. Verumtamen, cum tempus anni, quo metæ sint exstructæ, indicatum sit, aliquid in inscriptione desiderari videtur, anno non indicato. Quamobrem, præeuntibus Raskio et Magnusenio, sumemus, hunc ipsum his figuris significari, et exponemus hoc loco viri, prius nominati, ingeniosissimam de anni numero conjecturam, quam vir posterius laudatus additis argumentis confirmavit. Prima nota verisimiliter est M, expressum duplici runico Ψ, ramis sursum deorsum conversis; proxima est C, quæ litera in antiquis runicis inscriptionibus interdum exprimitur per ɥ, quod hoc loco meditullium figuræ constituit; proximæ tres notæ videntur esse X. Wormius in Literatura Runica p. 60 significat, se, præter plures characte-

res runicos, hos duo, ⴲ et ᚺ, pro X usurpatos invenisse; qui iidem cum in his notis compositi reperiantur, summam habet probabilitatem, his signis X exprimi. Nota ultima videtur esse V, qui numerus respondet runæ ᛦ, quæ hoc loco duplicata invenitur, ut Ψ in prima figura. Prodit itaque annus MCXXXV. Tota vero inscriptio talis est:

ELLIGR·SIGVAÞS:SON:R·OK·BJANNE:TORTARSON:
OK:ENRIÞI·ODSSON:LAUKARDAK·IN:FYRIR GAKNDAG
HLOÞU·VARDATE·OK RYDU:MCXXXV.

Quæ secundum receptam orthographiam sic se habent: *Erlingr Sighvatssonr ok Bjarni Þórðarson ok Eindriði Oddsson laugardaginn fyrir gagndag hlóðu varða þessa* (vel *þenna) ok ruddu MCXXXV.* Hoc est: „Erlingus „Sighvati filius et Bjarnius Thordi filius et Eindridius Oddi filius feria sep„tima ante diem victorialem exstruxerunt metas hasce ac purgaverunt (vel „patefecerunt locum) anno MCXXXV." Quorum sensus est, hos viros die dicta convenisse, tumque tres illas metas exstruxisse, quarum reliquias Kragh et Stephensen eodem loco hodieque conspexerunt, eo quidem forte consilio, ut occupationem insulæ significarent, quam loci purgatio et metarum exstructio apte potuerunt indicare.

Ce rocher fut examiné, dans le courant de l'année dernière, par les auteurs d'un ouvrage récent (History of the state of New-York, by MM. Yates and Moulton, p. 86), qui pensent que l'inscription est d'origine phénicienne; que quelques-unes des lettres sont très-frappantes, notamment celles qui ressemblent aux lettres et aux figures P, W, X, 7, 9, à un triangle et à un trident. Il y en a aussi d'autres qui ont quelque analogie avec les lettres A, M, O, et plusieurs images figurées. Au bas de l'inscription est un oiseau, ancien symbole de la navigation, ayant la tête tournée en haut; cette partie ne fut point observée par les auteurs, parce qu'elle était alors couverte de limon; mais elle l'a été par l'honorable M. Francis Baylies qui les accompagnait, et par le docteur Baylies qui l'a indiquée dans le dessin qu'il a fait de l'inscription. (Mémoires de l'Académie des Arts et des Sciences de Cambridge, Vol. II P. I publié en 1793, et Vol. III, publié en 1809.)"

Plures hic citatorum, præsertim eorum, qui in ipsa America prodiere, librorum, nobis non ad manus fuerunt, quum isti in urbis nostræ et aliarum vicinarum bibliothecis, tam publicis quam privatis, desiderentur; at illis jam non opus erit, quum doctorum Rhodensis Insulæ nobis missæ relationes verum Assonetensis monumenti situm, circumstantias et præsentem statum optime describant.

Nonnulli, in primis Galliæ, auctores inscriptioni illi Phœniciam vel Carthaginensem originem adtribuerunt; at Carolus Vallancey (Archæologia

Lond. VIII p. 302 sq.), Danforthii delineationem secutus, quam ipse alii a Strahlenbergio (Tab. XIX No. 5) exhibitæ similem esse judicavit, illam nostram adscribit isti antiquitatis genti, quæ olim Siberiam inhabitasse et inde ad Americam transmigrasse putatur. Quum autem Danforthii delineatio, ut supra monstratum, nullam fidem mereatur, et igitur, ipsius inscriptionis cum citatis Sibericis similitudinem minime probare possit, hanc Vallancei conclusionem solido fundamento destitui cernimus.

His præmissis, nostram de Assonetensis monumenti origine et significantia proferemus opinionem, eo tendentem quod istius inscriptio Islandis debeatur. In hujus rei disquisitione instituenda, tam causæ gravitas, quam Societatis, hocce opus editturæ, dignitas, nobis suadebat, viri, qui vetustarum, et quidem perdifficilium borealis Europæ runicarum inscriptionum enodationi maximam operam felicissime dederat, de hac etiam sententiam expetere. Ipso nostræ optationi favente, jam nobis licet placetque laudati Jellingensis[a], Runamoensis[b], et Ruthwellensis[c] inscriptionum interpretis de Assonetensi monumento responsum, nobis datum, lectori, primo loco, ita communicare.

„Opinionem vestram de Assonetensis rupis inscriptione et figuris lubens probare non hæsito; quod enim revera Islandicæ sint et Thorfinno Karlsefnio debeantur, omni dubio carere sentio; hoc primo aspectu monstrant, tam litera Islandica Þ, proræ navis, ad sinistram spectatoris, adplicata, quam principales eæ configurationes, quæ rupi sunt incisæ. Adsunt præterea plura criteria, quæ hanc thesin probare possint etiam iis, qui lapidares Islandorum inscriptiones, adhuc mundo literario, ut ineditas, fere ignotas, ignorant; hæc autem hic breviter enucleare et illustrare conabor:

I. Characteres: ΓXXXI

ᚢ ᛘ

a) in Dania, cf. *Antiquariske Annaler*, IV, p. 64 sq.

b) in Suecia, cf. *Nordisk Tidsskrift for Oldkyndighed*, II, p. 276 sq.

c) in vetere Northumbria, et præsente Scotia, fere in ipsis Angliæ confiniis; cf. Report of the R.S.N.A. 1836.

enucleationem minime prolixam expetunt. Sunt numeri isti, quoad significationem, nullo dubio subjecti[a]; est autem eorum unitorum valor sive significatio summe memorabilis, cum numerus illis expressus exacte correspondeat numero virorum qui cum Thorfinno Karlsefnio ad hanc ipsam borealis Americæ regionem, sive potius stationem, ipsius historia testante, iter fecerunt. In laudatæ historiæ 7mo capite relatum est quod virorum, illius expeditionis participum numerus fuisset CXL, at paullo posterius, in capite 8vo, quod novem (IX) eorum istum ad sinum, Straumfjœrdum ab Islandis (vel Scandinavis) appellatum, deseruerint, ut e Thorhalli venatoris consilio Vinlandiam, septentrionem versus ituri, in ea mundi plaga quærerent. Ipse Thorfinnus, cum reliquis cunctis itineris sociis, meridiem vel occidentem versus progressus, ad locum Hóp *(at Hópe, í Hope)* pervenit, ubi quidem ejus comitatus, ut e præmissis sequitur, CXXXI virorum effecit, qui numerus inscriptioni Assonetensi ad unguem convenit. Sic vetus Thorfinni Karlsefnii Islandica historia vel biographia et laudatum Americæ borealis monumentum se invicem miro modo adcuratissime confirmant.

Sub characteribus numeralibus, vulgare CXXXI exprimentibus, duæ literæ cernuntur. Prior ϒ7 Latino-gothice, ut omnibus notum, Latinam N

a) Sola figura Γ pro vulgari C, sive Anglosaxonum et plurium ⊏, erit forsitan aliquibus suspecta sive minus perspecta, ast eandem plenâ, tam antiquitatis quam medii ævi auctoritate fulciri, jam paucis monstrabimus. Veterum Latinorum C a Græcorum Γ ortam esse patet; hac ratione Latini mox propria, mox Græca figura, pro eadem litera exprimenda in scripturis vernaculis, olim uti solebant. Simili modo in antiquissimis Hispanorum (sive Celtiberorum) inscriptionibus (nummis incusis) et in Mœsogothorum scriptura figura F vel loco Græcæ Γ vel etiam Latinæ C indubie ponitur. Recentioris ævi primi Runologi, Wormius in Dania et Buræus in Sueciâ, runicam Γ pro Latino C in antiquis Septentrionis inscriptionibus usitatam invenerunt; similiter, multo posterius, doctus Islandus, Johannes Olavius Grunnavicensis, in ipsius inedita Runologia, se figuram Γ, pro Latinâ C vel ⊏ in runicis Borealium scripturis positam reperisse testatus est; — sic ipse et præterea docti auctores celeberrimi operis: *Nouveau Traité du Diplomatique* hunc runicum characterem pro C Latinorum sumunt; nihilominus in ejusdem operis Tom. III, Tab. XXII hæc eadem forma (Γ) adtribuitur literæ Latino-gothicæ C (vel ⊏), quæ etiam inter literas capitales Carolingici ævi occurrit l. c. Tom. IV, Tab. XLI. Alioquin numerus C (Centum, 100 vel 120) medio septentrionalis Europæ ævo reperitur expressus fuisse per figuras T̄, T et Γ vel ſ, ᒋ (præsertim Latino-gothice); *hic* ultimus character adhuc in Islandorum scripturis exprimitur per figuras Γ, Γ et alias his non multum absimiles.

exprimit, at posterior, runica ᛘ, vulgare M, pro qua etiam illa figura in multis alioquin Latinis, medii ævi scripturis, a Scandinavis vel Anglosaxonibus concinnatis, posita reperitur; at sic adplicatus semper hic character significat vocem *maðr (man)* homo, vir, vel ejus pluralem numerum *menn, meðr (men).* Sic has duas literas, abbreviate innuere conjicio duas integras voces *n(orrœnir) m(enn)*, quæ numero illo additæ tot (Europeos) septentrionales viros significarent. Observari porro meret figura, inter dictas literas posita, quam pro nave, malis, velis et funibus destituta accipimus; sic hieroglyphice vel figurate, e nostra conjectura, indicaretur istud factum, quod illi viri nave vecti ad eam terram pervenerint, sed posterius proprium navigium malis, funibus et velis spoliaverint, ut istud linquerent, sed fixa sibi in terra occupata habitacula adquirerent; — sic hæc integra sententia eveniret: CXXXI *n(orrœnir) (skips-) m(enn)* i. e. *Europæi boreales* — sive ex Norvegiâ et Islandiâ oriundi — *nautæ.*

II. Sequuntur characteres, ab illis lineis separati, sed nihilominus pro earum continuatione habendi, pauci quidem, sed contentis tamen gravissimi, Latino-Gothicis literis expressi, hi videlicet:

M

◇R[a]

Prior harum brevissimarum linearum nobis sistit abbreviaturam quandam,

a) Literæ O hic occurrentem specialem formam medio Europæ ævo adscribendam censeo; invenitur eadem (Sestini et Mereau probantibus) in perantiquo Gallorum Alphabeto, et præterea a Gothis Hispanicis (sive Visigothis) seculo 7mo post Chr. n. frequenter est usitata. In formam ♀ mutata hæc litera reperitur in celeberrimis, at jam deperditis, Daniæ aureis cornubus, ut etiam in Anglosaxonicis ac nonnullis Septentrionalium runicis inscriptionibus. Sub præsente forma ◇ illam revera exhibent vetustissima Anglosaxonum numismata et Francorum (vel Franco-Gallorum) ex 8vo seculo (ut anno 787) inscriptiones, nec non Anglosaxonicæ seculi 9ni, 10mi et 11mi; videatur c. gr. una, inserta Archæologiæ Londinensi T. V. Tab, VI, posita ante Vilhelmi Conquestoris occupationem ab Anglico magnate ◇RM, e Danica stirpe orto. His addendæ aliæ seculi 10mi et Normannicæ (ex ipsa Gallo-Normannia) seculi 11mi, c. gr. in hac satis notata laudati Ducis (et postea Regis) sigillari inscriptione:

HIC N◇RMANN◇RVM VVILIELMVM
N◇ZCE PATR◇NVM.

Hæc ipsissima literæ O forma adhuc in Islandia antiquitus est conservata, inter literas Latinas majusculas, cum lapidibus, ligno sive metallis incidantur, c. gr. in variis nominalibus siglis, in voce ANN◇, &c.

Runis complexis certo modo similem[a], quæ nempe primo aspectu duabus literis composita videtur, sed diligentiore intuitu tres revera complectere cernitur, quæ vocem NAM *(nám)*[b] efficiunt; hæc, vetusto Scandinavorum et hodierno quoque Islandorum sermoni propria, iisdem gaudet significationibus, ac alia magis vulgaris sed composita: *land-nám*, his nimirum: a) occupatio regionis sive territorii; b) terra ita occupata, sive fundus in primi inventoris aut occupatoris possessionem redactus. Vox ipsa adhuc superest in Danicâ *Nam*, quæ secundum magnum hujus lingvæ lexicon, a Regiâ Societate Scientiarum Hafniensi editum, sic explicatur: occupatio rei alicuius pro eadem possidenda vel usitanda. Vox altera *or* nil aliud est quam veteris Scandinavorum linguæ antiquissima et satis nota forma, pro recentioris Islandicæ et Danicæ *vor*, sic magis conveniens Anglosaxon. *ure*, Angl. *our*. Ambæ voces *nám or* brevem hanc, sed gravem satis, significationem exhibent: „*territoria a nobis occupata*" vel etiam: „*coloniæ nostræ*."

III. In summa configurationis parte, supra ipsam inscriptionem, cernitur figura satis artificiosa, e nostra opinione repræsentans magnum scutum, instructum pede singulari, persimili caudæ piscinæ, quæ vetustis Scandinavis (ut hodie quoque Islandis) audiit *sporðr*, unde vulgaris etiam scuti pedis denominatio: *skjaldarsporðr*, scuti (piscina) cauda. Scutum hocce, unacum adjacente et inversa quidem galea, vetustâ Europæis adsueta forma prædita, pro terræ illius pacificæ occupationis signis accipio.

IV. Hæc occupatio, sive soli aut coloniæ cultus, præterea indicatur per figuram rudissimam, sub linea numeralium rupi incisam, si nimirum eadem, e nostra conjectura, juvencam jacentem sive quiescentem repræsentet. Ambulatio juvencæ diurna sive uno (æstivo) die perfecta primo Islandiæ occupationis tempore soli occupandi amplitudinem sive longitudinem

a) Siglæ, notæ tironicæ et abbreviaturæ in Latino sermone, ut satis notum, antiquissimæ sunt; est autem observatione dignissimum, quod hoc ipsum ꟽ in Latinis medii ævi scripturis, Latinam NAM interdum significaverit. Videatur ex. gr. *Nouveau Traité du Diplomatique*, Tom. V, Tab. LXI.

b) Hoc vocabulum derivandum est a verbo *nema*, capere, occupare, tam sono quam significatione conveniente Moesogoth. et vetusto Germ. *neman*, *niman*, ut et antiquissimo Græco *νεμεῖν*.

interdum decernere soluit; videatur, exempli gratia, Landnamæ libri 4ti caput 10um; — eodem modo Phœnicius Cadmus, Græciæ partem occupans, proprium habitaculum eo loco, ubi vacca, longinquo gressu defessa, quietem captura se dejecit, fixisse fertur.

V. Integram illam configurationem hanc scenam spectatori repræsentare opinor: navis Thorfinni Karlsefnii, ad Vinlandiam prius destinata, hujus oræ advecta, ventilogio a malo suspenso insignis; uxor ipsius Gudrida in litore sedens manu gestat clavem (ad conjugum ædem, tunc ut videtur longe anterius structam, pertinentem). Coram ea stat conjugum triennis filius, Snorro, (in America natus). Illi, CXXXI (vel uno minus) viris comitati, Vinlandiam tum occupaverant, et propriam suam, ita adquisitam possessionem *(nám or)* esse declaraverant. Una navium, quibus advecti fuerant, ipsis propriarum, illa ratione velis spoliata, litori affixa repræsentatur. Gallus gallinaceus domesticam quietem (sive pacem) cantu annunciat, ipsum scutum quiescit et galea quoque seposita. Tunc subito propinquum bellum indicatur. Dux colonorum Thorfinnus sede fruitur, sed scuto arrepto se tegere conatur contra adgredientes Skrælingos (sive Eskimoos), qui Scandinavos violenter adgrediebantur, instructi clavis sive ramis, arcu et sagittis, et insuper machina (nobis ignota) militari, quæ in Thorfinni historia vocatur ballista, ex qua, præter tela et grandes lapides, funibus (ut videtur) affixos, globum insignem emittunt, quod factum laudata historia expressis verbis testatur.

VI. Varia lineamenta, quæ funes vel alia instrumenta et extremitates navigii ut et plurium in lapidari hac sculptura figurarum efficiunt, composita opinor e Runis (sive characteribus) cryptographicis, (vel etiam griphis), talibus nimirum, qui antiquitus in Islandia sunt usitati, et ibidem adhuc, rupibus incisi, inveniuntur in variis montanis cavernis, e. gr. specu, quæ Paradisiaca *(Paradísar-hellir)* vocatur. Cum autem plures diversæ præsentis sculpturæ delineationes, in horum lineamentorum repræsentatione, non inter se conveniant, hic illa jamjam specialiter explicare hæsitamus.

FINN MAGNUSEN.

Quum primo intuitu suspicaremur, hocce monumentum vetustæ et Scandinavicæ quidem esse originis, tum hæc opinio sequentibus rationibus fundabatur: a) figurarum similitudine cum aliis quæ in nostro Septemtrione petris incisæ reperiuntur; b) facillima totius configurationis secundum historicos Islandorum relatus explicatione; c) literis ac numeris indubie Romanis sive Latinis, at medii ævi solitis ductibus expressis. Nihilominus nobis ex inopinato venit adcuratissima hujus argumenti illustratio, quæ docto et ingenioso illi nostro Runologo debetur, qua quidem ipsum illud monumentum pro authentico documento, historiarum Islandicarum relationes probante, est habendum. Est igitur diligentissima observatione dignum, quapropter primum ipsius rupis et circumjacentis regionis prospectum, qui laudatæ Rhodensis Insulæ Societati debetur, adjecimus, pictum ab uno triumvirorum, quibus monumenti inspectio et descriptio mandata, Johanne R. Bartlett. Hæc pictura, Tab. X communicata fidam rupis aspectus et situs, ad Assoneti rivum, maris maximo refluxu durante, ideam lectori affert. Deinde diversas monumenti incisurarum, illa memorata priores, delineationes, a variis confectas, heic communicandas censemus, quibus etiam efficietur, quod priorum monumenti explicationum errores perspicui reddantur. Hæ delineationes in multis certe neutiquam sunt accuratæ; sunt tamen, duabus vetustissimis exceptis, non sine ullo valore, cum earum auctores præsumi possint eo commodo fructi fuisse, quod solis lumen iis ita faveret, ut singuli quidam scripturæ vel lineamentorum ductus tali illustratione illis melius evaderent perspecti, quam posterioribus loci visitatoribus, licet alioquin magis adtentis vel diligentibus. Nos ipsi, similium monumentorum, nostro Septemtrioni propriorum, inspectione occupati, eam adquisiimus experientiam, quod lineamentorum petris incisorum investigatio revera sit perdifficilis, cum solaris luminis commodus splendor isti non ex optato faveat. In itinere archæologico, anno 1834, mense Junio in pago Sælandiæ Odsherred facto, nos simile quoddam, et vetustissimum quidem, monumentum, unacum pluribus antiquariis visitavimus; clarissimo solis et diei lumine splendente, certas rupi incisas figuras, quas revera existere sciebamus, frustra quæsivimus, nullum earum vestigium detegentes, donec vesperascente cœlo, circa et post ipsum solis occasum, variæ figuratio-

nes, inter alia tres, longas veterum naves repræsentantes, oculis nostris se satis conspicuæ obtulerunt. Sic e nostra opinione et experientia priores Assonetensis monumenti delineationes, quamvis in multis nimis pravæ, in aliis non penitus sunt contemnendæ, sed simul non desperandum quod singuli incisurarum ductus, solari vel diurna luce ex optato favente, magis distincte vel definite cerni et delineari queant.

Hac igitur ratione moniti in nostra XIma tabula varias laudati monumenti delineationes chronologico ordine lectori spectandas exhibuimus, has videlicet:

I. Delineationem D. Danforthii, anno **1680** factam, quæ supremam configurationis partem tantummodo complectitur, et

II. D. Cottonis Matheri de anno **1712**, quæ ambæ fere omni cum originali similitudine carent; posterior earum præsertim, singulis lineis exceptis, vix pro sui prototypi imitatione habenda esse videtur.

III. D. Greenwoodii de **1730**; prima certe inter eas, quæ aliqualem veræ harum configurationum qualitatis ideam affert, sed nihilo minus debetur auctori, picturæ ignaro, qui titubante manu præcipuos linearum ductus reddere conatus est.

IV. Stephani Sewelli de **1768**; hæc certe melior et majore diligentia est exarata.

V. Jacobi Winthropii de **1788**; hic studiose plenam omnium laudatæ repræsentationis figurarum imitationem præstare tentavit, ast successu minus felice, cum lumen cœleste, ut videtur, ei non faveret, et ipse præterea incaute archæologi munere fungeretur, multos nimis incertos ductus, qui forsitan pro naturalibus tantum fissuris habendi, suæ picturæ inserens, at alios veros, quos plurimæ ceteræ picturæ, inter se collatæ, in rupe revera videri probant, omittens.

VI. Kendallii de anno **1807**; hæc pictura præcipuas monumenti configurationes non inepte reddit, singula quoque lineamenta servans, quæ optimas reliquas supplere queunt.

VII. Jobi Gardneri, posterius quidem, sed minus complete facta; hic præcipuas tantum figurationes reddere studuit, et eas quidem non infauste reddidit, sed nihilominus multa totius incisuræ singula lineamenta omisit.

Omnium harum picturarum optimæ duæ sequentes indubie sunt, quas igitur, majore mensuræ scala adhibita, Tab. XII lectori communicavimus, videlicet:

VIII. Doctoris Baylii et Goodwini de 1790; hæc perspicue monstrat suorum auctorum in tales repræsentationes attentum intuitum ac animum, et summam quoque in illarum imitatione, cui cœleste lumen favisse cernitur, diligentiam et accurationem. Hæc igitur delineatio pretiosa est habenda, præsertim cum nonnullæ rupis partes serioris temporis injuria læsæ sint, ut præsertim navigii, ad dextram, figuratio jam minus liquide appareat.

IX. Societatis Historicæ Rhodensis Insulæ delineatio per Doctorem Thomam H. Webb et ejus collegas summo studio, diligentia et cura exarata; hac eadem nostri monumenti principales figurationes et literarii characteres firmantur et supplentur, ut ista certe, quoadusque certi ductus, qui suo tempore prioribus pictoribus apparuerant, jam non sunt deleti vel invisibiles redditi, omnium optima et fidissima est existimanda.

His recensitis, brevem adgrediemur recapitulationem eorum argumentorum, quæ Finnus Magnusenius pro monumenti vetusta Scandinavica sive Islandica origine probanda adhibuit, hæc amplius deducturi, quibus etiam nonnulla plura adjiciemus.

I. De numeralibus figuris CXXXI, supra probatis, hæc porro sunt monenda. Forma literæ sive numeralis signi X eadem est, quæ olim et jam nunc Europæis usitata. *Lineæ transversæ, supra et infra additæ*, in sola tantummodo Baylii delineatione cernuntur, ast talem ejusdem characteris formam in vetustis Islandiæ inscriptionibus occurrere scimus. Numeri huc pertinentes in vetustis codicibus historiæ Thorfinni Karlsefnii sic Romanis characteribus exprimuntur: cap. 7: viri cuncti, in ejus navali expeditione versati „xl manna oc c;" quod hoc C, tam in antiquo illo libro, quam hoc lapidari inscriptione, numerum Centum exprimere debeat, necesse est, at nihilominus ambiguum, cum centuria duplici sensu in vetustis Borealium monumentis occurrat; medio ævo durante sæpissime iis notavit 120, qui numerus, vulgari Romanorum centuria introducta, Islandis et Scandinavis *stórt hundrað*, magna centuria, audiit, et adhuc audit,


ut plebi magis accepta. Hac ratione adducti nos supra in hujus loci explicatione, magnam centuriam sive **120** auctorem suo C innuere accepimus. Sic Thorfinni asseclarum universus numerus aut fuit, e prisco Borealium numerandi modo, **160**, quod nos supra statuimus, aut etiam, secundum universalem fere reliquorum Europæorum computum **140**; cum autem **9** illos viros, qui testante laudati libri cap. **8** septemtrionem versus profecti erant, illo numero subtrahimus, secundum duplicem sive alternantem medii ævi Scandinavorum computationis methodum aut restant **151** aut **131**. In re incerta hoc tamen certum est, quod Thorfinni Karlsefnii vita et Assonetensis rupis inscriptio inter se optime conveniant, cum ambo monumenta Romanis literis eundem numerum consone exprimant, nam codicum CXL — IX lapidaris inscriptionis CXXXI fit æqualis. Duo illi characteres, qui his numeralibus suppositi (navigii figura interposita) Gothicam N et runicam ᛘ (sive M) valere putantur, pro minus certis sunt habendi, cum in Baylii delineatione solummodo reperiantur; — nihilominus istorum laudata explicatio numeralibus illis tam bene respondit, quod realis, vel prisca saltem, earum existentia summa verisimilitudine non careat. Quod runica illa ᛘ, vulgari nomine *maðr*, homo, vir, prædita, sæpe in vetustissimis Islandorum et Scandinavorum, ut etiam Anglosaxonum membranis, alioquin Latino-gothicis literis exaratis, ita occurrat, per se est satis notum, ut e. gr. in præstantissimo Jomsvicensium historiæ *(Jómsvíkínga Saga)* pergameno codice (inter Arnæmagn. No. **291** in 4to), qui certe vetustissimis Islandicis, qui jamjam existunt, adnumerari debet[a], ut quoque in alio membranaceo, in Norvegia scripto (A. M. **325**, **2** in 4to), qui Norvegiæ Regum historiæ singulare compendium efficit.[b] In his medii ævi scriptis litera runica ᛘ frequenter usitatur, non solummodo singula sed quoque cum abbreviatione, alias vulgari, addita pro ipso vocabulo *maðr*. Hic character ramea forma est præditus, ut vetustissimæ Septemtrionis runæ.

II. Substantivum *nám* hic ponitur pro alio magis vulgari, sed composita, *landnám;* sic olim verbum *nam* (imperf. v. *nema*) in vetustis scriptis

a) vide *Fornmanna-Sögur* Vol. XI in præfatione p. 6.

b) vide ejusdem operis Vol. X, p. 420, 421 cf. 377, 407, præf. p. XI.

sæpe reperitur pro prolixiore phrasi *nam land.*[a] Cæterum vocis illius *nám* in nostra inscriptione lectio nobis tam indubia, quam ingeniosa apparet. Numerosa monogrammata, vel runicis vel Latinis literis expressa, personarum propria nomina vel peculiares siglas exprimentia, præter alias inscriptiones, eam per analogiam probant. Videatur e. gr. sequens Runamoensis inscriptionis primordium a dextra, ejus more, incipiens:



Hiiltekinn riki nam, ubi vox *nam*, verbi activi significatione, exprimitur per runas ᚼᛉ, simili modo connexas vel abbreviatas. Hocce specimen, quo simul runarum antiquiorum ramea forma monstratur, evidenter probat non tantum hominum nomina, sed quoque alia vocabula olim connexis vel complicatis literis scripta fuisse, quamvis certe hæc methodus seriore tempore personarum propriis nominibus sæpissime fuerit adaptata[b].

Quoad duarum inferiorum literarum ◇R explicationem, aliam nos jam adferemus conjecturam, quam Baylii et Rhodensis Insulæ Societatis delineationum cum reliquis collatio nobis indidit. Litera R in Kendallii, ut et in Baylii et Goodwini picturis rite cernitur, inde in ceteris supplenda; post hanc apud Kendallium videntur characteres ᛁИX, quorum ultimus tamen non satis expressus. In delineatione, Societati Historicæ Rhodensis Insulæ debita, cum rupis hic Tab. X communicato prospectu collata, distantia lineæ, literam R sequentis, a proximo charactere paulo amplior, quam in Kendallii pictura, apparet, quam lacunam nos, delineationum meliorum collatione instructi, sic explemus: 1) duabus transversis lineis, primæ rectæ lineæ, literæ R pro-

a) E. gr. Landnamæ III, 3: *Jörundr háls nám út frá Urðarvatni til Mógilslækjar*, Jörundus Hals (territorium) extra Urdarvatnum usque ad Mogilslæcum occupavit; IV, 7: *þorsteinn trumbubeinn nam fur utan Leyruvog til Hvalsnesskriðna*, cf. III 20; et porro in plurali numero I, 20: *ok námu þeir upp frá Flokadalsá til Reykjadalsár.*

b) cf. e. gr. hæc monogrammata, sive siglas, anno 1818 e saxis specus cujusdam Islandicæ, Saunghellir dictæ, ab *Asgrimo Vigfusi* filio sacerdote delineata: a) ᛯ i. e. ᛆᚱᛁ, ARI, nomen masculinum proprium; b) [illegible] probabiliter ᛂᛁᚱᛁᚴᛦ, *Eirikr;* c) Latinis literis exaratum R$, verisimiliter R H S, *Rúnólfr Halldórs Son*, vel aliquid tale.

ximæ, affixis, quarum superior naturali saxi fissuræ, in prospectus tabula visibili, influit; hac figura ita efficitur litera F, quæ in vetustis inscriptionibus, et similiter in antiquioribus Islandorum manuscriptis sæpe transversis lineis, quæ vulgaribus multo breviores, est prædita; hac ratione litera jam descripta pictori inobservabilis evasit; 2) litera I, illi proxima, cui hic spatium satis amplum linquitur, et cujus insuper vestigia in prospectus tabula cernuntur. Character hanc literam subsequens, secundum Kendallium accipiendus pro litera N, quæ tamen peculiari sua forma a vulgari differt, cum obliqua linea transversa sursum versus dirigatur, ast hæc forma revera in vetustioribus inscriptionibus non raro occurrit. Literarum ultima non est legenda X, cui primo intuitu similis apparet, sed aut habenda pro Z, cujus duarum transversarum linearum superior saxi naturali ante memoratæ fissuræ influit, aut etiam pro Σ, literæ S non rara in antiquioribus inscriptionibus forma, quod quidem majore probabilitate gaudet. De hujus duarum transversarum linearum superiore idem est monendum, sed inferior in Kendallii pictura cernitur, quocirca id tamen est observandum, quod obliquus ille ductus, cujus inflexa prolongatio animalis capiti appropinquat, Baylii delineatione collata, ad ipsam literam non pertinere videatur. Ante has sic detectas sex literas ◊RFINS (vel ◊RFINZ) Greenwoodii pictura nobis sistit curvam lineam, quæ etiam in alia et antiquiore Matheri cernitur, quem ductum nos, vix nimis temerarie, ad literam Þ, cujus prima recta linea jam nimis detrita vel etiam penitus invisibilis, pertinere suspicamur. Si igitur hanc literam hoc loco expressam accipimus, aut etiam eandem, in Rhodensis Insulæ Societatis delineatione conspicuam, secundum Baylii et Goodwini picturam ad priorem navigii repræsentationem perfecte et accurate delineatam, licet a sequentibus literis non parum distantem, recognoscimus, summa probabilitate favente eveniet hic, numeralibus illis characteribus exceptis, duarum inscriptionis linearum tenor:

NAM Þ◊RFINΣ

quæ inscriptio, expressis Islandicæ sive priscæ Scandinavorum lingvæ verbis annunciat, Thorfinnum, secundum phrasin in relatione antiqua[a] contentam, quod is et ejus asseclæ sibi proposuerint *at byggja landit*, i. e.

a) *Grœnlendinga þáttr*, supra p. 56, 57.

terram inhabitare sive occupare, hanc regionem sive terræ partem rite occupasse.

III. Figura artificiosa sive potius intricata, inscriptioni superposita, verisimiliter habenda est pro scuto jacente, suis ligamentis sive catenulis, nostratibus olim *skjaldfetlar* dictis, prædito, forsitan eodem albo pacis scuto, *friðskjöldr*, quod in Thorfinni historiæ cap. 9 (p. 149) memoratur, — ut etiam, ad sinistram aliud elevatum rubro et bellico quidem scuto, ibidem cap. 11 (p. 152) nominato, correspondere videtur. Priscorum Scandinavorum scuta sæpe fuerunt e ligno facta, corio vel tenuibus metalli alicujus laminis tecta, interdum quoque pictis sive incisis figuris aut imaginibus ornata; sunt autem plurima eorum vel potius omnia, propter materiei corruptibilitatem, humi sive temporis edacitate consumta, quapropter nos etiam talis borealis antiquitatis scuti incolume exemplar, adhuc existens, reperire vel adcurate delineare nequiimus. Doctissimus Haldanus Einari, in suis ad Speculum Regale observationibus (p. 375 cf. 393) opinatur, scuti genus, quod atavis nostris *buklari* audiit, Romanorum ancilibus simile fuisse, et igitur fere oblongum, certo modo in medio excavatum vel convexum, sed amplis lateralibus incisuris, sive excisionibus, insigne. Temporis aliquanto serioris scuta, in nostro Septemtrione usitata, a latrunculis ludi scaccarii, rosmari dentibus satis artificiose in Islandia vel Norvegia fabricatis, gestata, depicta habentur in Archæologia Londinensi Vol. XXIV, pag. 222 sq.; hæc formâ variant, at sæpissime cruce sunt ornatæ, nostræ (ad sinistram) figuræ non multum absimilia, sed pedali eo additamento carentia, quod a priscis Scandinavis vocabatur *skjaldarsporðr* i. e. scuti piscina cauda. Hujus veram repræsentationem in Assonetensi monumento reperimus. Talia scuta, erectioni magis apta, in navis latere, pro nautis tegendis sive defendendis, sæpissime erigi soluerunt.

IV. Repræsentatio hic memorata, quam Baylii pictura nobis sistit, ex aliqua parte in ea delineatione, quam Rhodensis Insulæ docta Societas procuravit, reperitur, sed magis diverse apud Winthropium. Explicatio illa ipsius repræsentationis dubio est subjecta, at cæterum per se satis probabilis. In Landnamæ libri 2 cap. 5 refertur, quod Grimus Ingialdi, Norvegus, nova in Islandia habitacula quærens, hæc ea ibi eligeret, ubi

ipsius equa, *Skálm* dicta, se in humum, onera portans, sponte projecerat, *lagðist undir klyfjum.*

V. Principales hujus repræsentationis scenæ vetustis Islandorum scriptis relationibus ita ad ungvem conveniunt, ut earum historica explicatio vix pro temeraria sive erronea sit habenda. Scandinavorum in Vinlandiam adventus[a], ac terræ per eos facta occupatio, ut etiam ipsorum cum Skrælingis certamen hic facile recognoscuntur. Viri figura, in medio stans, tantummodo in Baylii et Winthropii picturis est expressa, sed in recentioribus desideratur; est igitur ex aliqua parte incerta. Si illa delineatio hoc momento prava sit, depictaque hominis forma non temporis vel aëris efficacia posterius sit deleta, figura navi proxima expeditionis primipilum verisimiliter repræsentare debuit. Ad ejus latus optimæ delineationes infantis sive pueri formam indubie reddunt; hæc probabiliter indicat Thorfinni et Gudridæ filium, Snorrium (Snorronem), in America natum, posterius in Islandia numerosi generis propatrem, ad quem, Thorfinno defuncto, regio sic occupata paternæ hæreditatis jure transire debuit. Hoc idem, e nostra opinione, ea circumstantia probatur, quod secundum Rhodensis Insulæ Societatis picturam ejus dextro lateri sit apposita litera runica ᛏ, quæ Snorrii nomini est initialis. Ut Runologis satis notum, hæc figura literæ *sól* (solis sive S) interdum occurrit pro aliis magis vulgaribus ᛁ vel ᛋ, e. gr. in vetustis Norvegiæ inscriptionibus[b]. Animal erecto scuto suppositum in plurimis delineationibus cornutum repræsentatur; hac ratione talem figuram opinamur innuere taurum illum, qui in Thorfinni historia (p. 59, 151) memoratur. Si similes animalium formas in antiquis Scandinavorum monumentis respicimus, e. gr. equorum in au-

a) Gebelin in scripto *Le monde primitif analysé ou Recherches sur l'Antiquité du monde, Discours préliminaire* p. 13, Assonetense monumentum Phœniciæ originis et Carthaginensibus adscribendum esse putat, dextramque ejus figurationis repræsentationem simili modo explicat; is illam totam dividit in tres sectiones vel scenas, præteriti, præsentis et futuri temporis eventa ex ejus sententia indicantes: „*La scène passée représente les étrangers comme venant d'un pays riche et industrieux et comme ayant amenés avec le plus grand succès par un vent du Nord.*" Mediam sectionem is accipit pro advenarum et indigenarum confœderatione, sed tertiam pro oraculi consultatione, a peregrinis navigatoribus instituta.

b) cf. Ephemerides Societatis nostræ *Nordisk Tidsskrift for Oldkyndighed*, Vol. I p. 407.

reis Daniæ cornubus et Kivikensi Scaniæ mausolæo, sculptoris in illa figura delineanda *nimiam incuriam vel ineptiam non miremur.* Lineæ et maculæ animalis variegatam superficiem vel exteriorem pellem indubie indicant. Verisimillimum certe cuique appareat, quod ad sinistram repræsententur Eskimoi, horum tractuum antiquissimi inhabitatores, a Scandinavis quondam Skrælingi dicti, cum eorum in Thorfinni historia (p. **152-153**) memorato jaculatorio instrumento. Hic sunt observanda: arcus distentus, globus in aëre versans, funiculo instructus, cuspis sagittæ, iis similis, qui jamjam a feris Americæ indigenis usitantur, — et tandem lapis projectus, qui scuti erecti summo margini alliditur.

VI. Variæ figurarum, sive characterum rupi incisarum, cum antiquis Septemtrionis cryptographicis runis sive literis ingentem certe habent similitudinem, ut conjectura circa illarum inde petitam illustrationem per se satis probabilis appareat; obstant autem incerta sive dubia talium figurarum in diversis delineationibus forma, et detrita earum, ex aliqua parte, præsente tempore conditio; — sic revera suspicamur, quod ipse celeberrimus Runamoensis inscriptionis interpres in nostra Assonetensi, quoad runicas illas literas, explicanda, genuinis careat talis explicationis fundamentis.

Observationibus præcedentibus sequentes porro annectimus:

VII. Borealis antiquitatis scripta id satis probant, quod atavi nostri sæpe historica eventa repræsentassent, partim pictura sive delineatione, partim etiam sculpturæ artificio. Hic tantummodo, quoad hoc monumentum, citamus Laxdælam, cap. **26**, collatam cum variis strophis ex Ulfi Uggii filii carmine[a], in Skalda nobis servatis, quibus manifeste probatur, quod Olavus Pavo, magnas Islandicus, seculo **10**mo florens, in triclinio amplissimo, ab se exstructo, depingi curavit tam historica eventa, quam varias gentilis Borealium mythologiæ scenas. Conferatur Njáls Saga, cap. **120**, ubi Thorkillus Hacus, vir similiter in Islandia eodem ævo vivens, refertur ædium suarum contabulationes et mensas ornasse sculpturis, quæ ipsius,

a) De his videatur Finni Magnusenii Disquisitio de imaginibus in æde Olavi Pavonis Hiardarholtensi, seculo Xmo exstructa, scenas aut actiones mythologicas repræsentantibus, ad calcem Laxdælæ Hafniæ 1825 p. 386 sq.

e propria ejus relatione, in exteris regionibus patrata facinora, e. gr. insigne cum piratis certamen, quo iste victor evasit. His addimus præterea narrationem de Raudulfo et ejus filiis[a], quæ testatur, dictum Raudulfum, opulentum Norvegum, circa annum **1020** amplissimum cubile, regi Olavo, ipsius hospiti, destinatum, exstrui fecisse: In lacunari exteriore, extra columnas res antiquæ et historiæ de illustribus regibus repræsentatæ (pictæ sive sculptæ) erant — ut historia Sigurdi Fafnericidæ ac Haraldi Hildetanni ut et nonnulla Haraldi Pulchricomi gesta. Cuncta hæc monumenta jam dudum perierunt, sed nihilosecius exstant variæ repræsentationes vel e Septemtrionis gentili vel etiam medio ævo, rupibus vel petris incisæ; ex his præ cæteris monumentum satis celebre Kivikæ in Scania adhuc conservatum. In eo conspiciuntur navigium, equi, rotæ, secures bellicæ, hastæ, currus triumphalis cum ejusdem generis arcu, victorialis bellatorum processio, captivi, cornicines, aræ, victimarii, ut videtur, sacerdotes, p.p., quæ omnia veram efficiunt imaginem historici alicujus eventi, videlicet, e Münteri probabili explicatione[b], prœlii conclusionis et captivorum hostium supplicii. Huic accedunt variæ in rupibus sculpturæ, *Hällristningar* dictæ, quæ in provincia Bahuslehn et pluribus Sueciæ tractibus adhuc existentes, homines, animalia ac navigia, præter plura, rudi artificio repræsentant. Hæ sæpissime occurrunt in marino litore vel scopulis a mari non longe distantibus, antiquiore ævo verisimiliter a nautis vel piratis exaratæ. Talium sculpturarum delineationes adhuc paucæ tantum sunt editæ[c], at multo plures, laudabili doctorum Suecorum cura, brevi in publicam lucem prodibunt. Habentur etiam variæ imagines, lapidibus incisæ et runicis inscriptionibus additæ, quarum plurimæ ævo paulo seriori sunt adscribendæ. His doctissimus Liljegren in sua Runologia (*Runlära* p. **187-190**) peculiarem sectionem (*om bildteckningar jämte bokstafristningar)* dicavit, varias de iis memorabiles observationes communicans. Ex his satis conspicue probatur, quod mos fuerit

a) *þáttr af Rauðúlfi ok sonum hans* in opere *Fornmanna Sögur* V, 340, Latine translat. in Script. hist. Islandorum V, 319 sq.

b) *Antiquariske Annaler* II, 183, 202.

c) cf. P. Tham, *Göthiska Monumenter* Tab. VI No. 1-2, XII No. 3, XIII, XIV No. 1; Liljegren et Brunius, *Nordiska Fornlemningar* I, 2; Christie *Om Skibsforestillinger i Norge*, Urda I, 91 sq.

priscorum Scandinavorum, ut etiam Islandorum, memorabilia eventa talibus sculpturis sive inscriptionibus coævis et posteritati tradere. Sic minime mirum, quod Thorfinnus et ipsius socii, priusquam illam a se detectam, ab ipsorum domiciliis procul sitam, regionem linquerent, non tantum in prægrandi et humanis viribus immobili saxo, simili modo, eum tractum, quem ipsi inhabitarunt et occuparunt, inscriptione designarent, sed etiam per imagines rupi incisas, quarum exarationi hiemale otium aptum, serioribus ex Europa advenis indicarent ipsorum adventum, terræ primariam occupationem, et simul id eventum (certamen cum indigenis), quod eos terram istam, licet brevi ex eorum proposito istuc reversuros, pro primo deserere coegerat.

Primos Islandiæ incolas regionis, per eos factam, occupationem uno vel altero signo indicasse Landnamæ testimonio certissime scimus: sic e. gr. Ævar, Ketilli Helluflagii filius, tractum a se, filii Vefreidi nomine, occupatum erecta alta pertica, verisimiliter inscriptione prædita, designavit (III, 5). Vallis Svartaensis, Svartardali, primus occupator Rœrecus, Rosskeli emissarius, tractum Rœreksgil dictum baculo sive ramo, cortice nuper exuto, quem terræ investigatorem appellabant, simili modo in suam possessionem venisse signavit (III, 6); Nattfarius, Gardaris, Islandiæ primi detectoris, comes, territorio Reykjadali occupato, in ejus rei testimonium signa arboribus, vel lignis, incidit (*hafði merkt á viðum*, III, 49 cf. 20). Ex eodem originum Islandiæ libro et pluribus vetustatis historicis scriptis certe scimus, multos hujus magnæ insulæ primorum occupatorum, fatum, sive deos fatum dirigentes, ipsorum maritimi itineris finalem terminum constituere sivisse, eo quidem modo, quod ipsi, terræ appropinquantes, proprias olim primariæ sedis columnas, *öndvegissúlur* dictas (cf. supra p. 9), in mare projicerent, ut posterius in ora, in quam undæ easdem ejicerent, nova sua habitacula figerent. Has signatas fuisse, necesse est, cum alioquin recognosci nequirent, et forsitan insuper, cum sacræ haberentur, profanationi sive pollutioni facile exponi possent, — cum sæpe per longum temporis et loci spatium mari jactatæ, in litus a prima naucleri statione procul situm tandem sint ejectæ. Cum possessor illas columnas terræ advectas esse sciebat, quod sæpe post plures, interdum decem vel quindecim, an-

50

nos contigit (Landn. I, 8; IV, 7), is statim istuc profectus, fixam sibi in eo loco mansionem elegit. Ut tales alicujus possessoris columnæ ab alienis dignosci possent, vix ullo dubio caret, quod signum dictis columnis impositum sæpissime fuerit brevis inscriptio, continens territorii ita occupati novi possessoris nomen, cui adderetur annunciatio talis occupationis, quæ inscriptio literis vel runicis, quod certe eo ævo frequentissimum, fuerit incisa, vel etiam Latinis, quæ in Anglia, Scotia, Hebridibus et Hibernia, unde multi Islandiæ aborigines venerunt, tunc temporis usitatæ erant. Tales inscriptiones verisimiliter fuerunt sequentis tenoris ᚿᛆ ᛁᚿᚴᛆ ᚿᚠᛁ, nám Íngólfs (Landn. I, 6; cf. porro II, 12; IV 9 p.p.); ᛗ (vel NAM) ÞÓRÐAR SKEGGIA (IV, 7); NAM AVÐAR (Laxdæla cap. 5). Quod alioquin inscriptiones in nostro Septemtrione quondam saxis inscriberentur, pro fundi alicujus terminis sive possessione indicanda, manifeste docet lapis talis in antiquissimo oppido Slesvika inventus, inscriptus literis, Runamoensibus simillimis, e runarum genere antiquissimo, rameo, sive ramorum formas imitante. Hæc brevis inscriptio ex ingeniosa Finni Magnusenii explicatione ita sonat: ᛁᚴᛁᚢ ᚢᚢᛚᚠᛋ i. e. *igiu Vúlfs*, possessionis Vulfi terminus [a]. Inveniuntur quoque in Islandia lapides, runicis inscriptionibus præditi, qui haud dubie erecti sunt ad personæ alicujus jus possessionis in certum quendam locum indicandum, etiam a primo Islandiæ occupationis ævo, e. gr. lapis insignis in cumulo, e congestis cespitibus facto, apud prædium *Fleckuvík*, Fleckæ sinum, in Islandiæ meridionalis Gullbringensi toparchia, situs, cui lapidi hæ runæ incisæ sunt:

ᚼ ᚼ

ᚠᛚᛂᚴᚴᛆ

i. e. H. H. FLECKA. Hoc nomen summa probabilitate proprium fuit ei personæ, potius mulieri quam viro, quæ prædio memorato nomen dedit, ac ipsum verisimiliter primum occupavit, ædesque ibi fundatas struxit, ad quam ultimam circumstantiam duæ illæ abbreviatæ literæ spectare videntur, sic nimirum secundum conjecturam doctissimi Finni Magnusenii,

a) *Neues Staatsbürgerliches Magazin, herausgegeben von Falck* III p. 8, 18 sq.

nobiscum nuper communicatam, verisimillime explicandæ: *h(èr) h(ýsir)* aut *h(ýsti)* i. e. hic habitacula fundat vel exstruxit[a].

Erronea certe ea foret conclusio, quod Norvegorum vel Islandorum seculi 10mi et 11mi artificia antiquæ Græciæ et Italiæ eximiis operibus fuerint comparanda; cum autem medii ævi historiæ illa certa admiratione celebrent, tales phrases ita explicari debent, quod auctorum iis dicata æstimatio eorum ævi artis peritiæ et gustui sit adaptanda. Certorum opificiorum respectu prisci Scandinavi minime fuerunt artis elegantioris expertes; hoc monstrant decora in multis eorum fabricatis ornamenta; e contrario artis altioris indolis, quæ historicarum picturarum sive emblematum ingeniosum conceptum et dignam compositionem ac perfectionem poscit, fere ignari fuisse videntur. His addita ea difficultate, quæ imaginum in durissimam saxi superficiem incisioni obstat, illorum ejus generis operum ruditatem et imperfectionem minime miremur; sic revera in ipso nostro Septemtrione talia artificia ab iis, qui illis et antecedentibus nec non proxime sequentibus seculis vixerunt, relicta, nobis se exhibent. E permultis talibus in Scandicis petris repræsentationibus, nos lectori Tab. XII exhibemus nonnullas, antea non publicatas, ita recensendas:

A. Sculpturæ sive incisuræ lapidares e rupe ad lacum Roxen in Gothia Orientali Sueciæ, cum Societate nostra communicatæ a doctissimo Wallman, Lincopiensis Gymnasii Lectore.

B. Pars sculpturæ lapidaris e saxo campi Kolstadensis in parochia Tanumensi Bahusiensis provinciæ, eidem a doctissimo Brunio, Professore Lundensi, oblatæ.

C. Characteres incisi saxeis parietibus antri Paradisiaci *(Paradísarhellir)* in Islandiæ meridionalis Rangarvallensi toparchia, a præsente Islandiæ Episcopo Steingrimo Johnsenio delineati. E permultis talibus, qui ibi dispersæ inveniuntur, figuris vel brevibus runicis, tam vulgaribus quam perraris, inscriptionibus, nos singulas tantum, sine ulla relatione ad distantiæ inter eas, quæ nullo modo cohærent, proportionem, lectori reddimus. Illis characteribus cum variis Assonetensi rupi incisis rite collatis, probabilis satis evadit Finni Magnusenii superius (pag. 382) laudata conjec-

a) cf. *Antiquariske Annaler* IV, 345.

tura, quod hi etiam cryptographicis vel artificiose complicatis runis revera sint adscribendi.

Adduntur tandem collationis instituendæ gratia:

D. Nonnulli characteres runici, satis vetusti, perantiquæ querceæ januæ templi Hofensis, in orientalis Islandiæ Mulensi septemtrionali toparchia siti, incisi, delineati ab hujus præposito et loci parocho Guttormo Thorsteinssonio. Confer porro inscriptionem Kingiktorsoakensem e Grönlandia maxime boreali, nostra Tab. VIII, quæ numeralia his non multum absimilia offert.

E. Duo tantum e permultis illis priscorum Scandinavorum magicis characteribus, *Galdrastafir* vulgo dictis, qui repræsentantur in pergameno Arna-Magnæano codice num. 687d in 4to; sunt autem revera figuræ navigia repræsentantes, additis runis compositis, unde talium, etiam medii ævi posteriore parte durante, usus vel adplicatio illustratur et confirmatur.

F. Imago tesseræ æneæ prope Dublinum, Hiberniæ metropolin, inventæ, Societati a magnate nobilissimo, Lord George Hill, oblata. In ea, præter varias Latinas literas, character runicus ✱ cernitur, unde concludendum videtur, quod dicta tessera Scandinavicæ aut saltem Ostmannicæ sit originis, probabiliter seculo 9no vel 10mo adscribenda. Character Assonetensis inscriptionis Latinus ΛΛ hic etiam occurrit, verisimiliter eodem modo ac in Americano illo monumento legendus vel solvendus[a].

DESCRIPTIO VETUSTORUM QUORUNDAM MONUMENTORUM IN RHODE ISLAND.

Jam nuper strenui nostri in Rhodensi Insula collaboratores nobiscum iterum communicaverunt novas eorum, et felicissimas quidem indagationes circa varia antiquitatis monumenta, quæ in laudata terra aut quondam exstitere, aut etiam hodie quoque supersunt, videlicet rupes et petras, præditas incisis figuris et characteribus, quæ ex una parte cum Assonetensi

a) Tales tesseræ sive signa, e metallis factæ, sciuntur certe a primis Islandiæ occupatoribus in terram defossæ esse, pro ejusdem loci, regionis sive prædii, occupatione, per eos facta, probanda. Videatur e. gr. *Vatnsdæla Saga* ed. Werlauffi c. 10, 15, p. 44, 62, et Landnamæ III, 2.

rupe, ex altera autem cum variis nostri Septemtrionis, magnam produnt similitudinem. Sic certe hæ novæ doctorum Americanorum investigationes alias eorundem anteriores optime illustrant, et nostram quoque de præstantissimi Assonetensis monumenti origine sententiam confirmant, cum lapides nuper detecti indubie monstrent tales iis olim incisos characteres, quos eruditus quisque borealis Europæ antiquitatum scrutator ut Runas veras recognoscet, et plura insuper criteria, quæ figuras et literas, illis incisas, eidem genti ac illi, cui Assonetenses repræsentationes debentur, revera adscribendas esse probent.

Heic igitur inseremus excerpta huc pertinentia e duabus epistolis nobis a laudato Thoma H. Webb missis:

NANTUCKET SEPT. 14, 1835.

Sir,

YOUR Communication of the 16th. April was received by me in July, and laid before the Board of Trustees at their meeting held the 24th. of the same month; upon the reading of which "the Secretary was requested to furnish the additional information therein asked for."...

I have succeeded in discovering the location of another Inscription-Rock, the brief account of which, as by me announced to the Board of Trustees of the R. I. Hist. Soc., will be seen by the following extract from the Communication presented July 20, 1835.

PORTSMOUTH ROCKS. "Whilst engaged on Society business at Newport, I took advantage of the opportunity offered to make some inquiries concerning an Inscription-Rock, which was vaguely rumored to be located in that vicinity. Being unable to gain any tidings of it there, it was thought that a day might not be uselessly spent in searching for it, considering the interest now awakened relative to such relics. I have the pleasure of stating, that the search proved successful. The rocks, for there are several of them, are situated on the western side of the island of Rhode Island, in the town of Portsmouth, on the shore, bordering the farm formerly belonging to Job Almy, but now the property of William Almy of Providence, about seven miles from Newport, taking the western road, and four miles from Bristol ferry." (By reference to the Chart of Narragansett Bay, you will

find, by running your eye along the West side of the island, a Point there named Coggeshall's Point; by continuing on South of this and West of the shading that represents the topmost elevation of the island, you will notice another shading, that indicates a small hillock; near this, perhaps a little to the N. W., on the shore, lie the rocks now spoken of). "They are partially, if not entirely, covered by water, at high tide; and such was the state of the tide and the lateness of the hour, when the location was ascertained, that I was unable to make a thorough examination of them. I saw sufficient however to satisfy me, that they were formerly well covered with characters, although a large portion of them have become obliterated by the action of air and moisture, and probably still more by the attrition of masses of stone against them in violent storms and gales, and by the ruthless ravages of that most destructive power of all, the hand of man. The rocks are, geologically, similar to that at Assonet neck; being fine grained Gray-wacke. They appear, at first view, as though they had been covered with a cement, for the purpose of receiving the Inscription; but upon a closer inspection, it will be found to be a natural formation, (or incrustation, if the term be allowable, as conveying a more correct idea of the appearance presented), composed of the same constituents with the rocks themselves. The Inscriptions were made in the same manner, as that on the Assonet Neck rock; viz. by being pecked in upon the rocks. Some individuals have very recently drawn, probably with pitchforks, circles all over the original marks, which, of course, creates some confusion, but cannot occasion the committing of any errors, by one conversant with the manner in which the ancient figures were made, differing so entirely from each other as they do. Some of the characters are similar to the Assonet ones. One head of a human figure could just be distinguished on a rock, from which the other characters were so far obliterated as to prevent their being made out; on another, some irregugular quadrilateral and angular ones could be faintly traced." So far says my Communication; I have now the pleasure of adding, that this spot was again visited by myself accompanied by Mr. Bartlett on the 10th. ultimo, and, it being low tide, copies were taken of the few remnants of

characters that can still be traced on three of the bowlders; these shall, so soon as reported to the Society, be forwarded you, as also drawings of the remains of the Tiverton Inscriptions. I am preparing a brief statement respecting them for the Society, which shall in due time be sent you, as also all the information (as unsatisfactory as it may be), that we have been able to gather concerning the one rumored to have once been situated at or near Gardner's Point, alias Mattapoiset Neck (Indian).

Whilst at Tiverton, we succeeded in procuring a few Indian relics, which, with such additions as we may be able to make to them, will eventually be forwarded you. You will find a striking similarity between them and some of those figured in your Archæological Transactions.

The relics met with in our Country may be divided into at least three classes; viz. first those found in the Mounds and Fortifications at the West, concerning the authorship of which all is conjecture; secondly those occasionally ploughed up in our fields, or found in ancient burial grounds, and which were the rude workmanship of the Indian, previous to their intercourse with the whites; and thirdly, those formed by the same people, after having been visited by the whites, and furnished by them with better implements or with tools, by means of which they could themselves improve their fabrications; in this last class is included the iron tomahauks, the guns, rifles, pewter-spoons, glass bottles &c.

We have none of the first class in our possession, but will endeavour to procure some; the articles we obtained belong to the second class, and are now becoming very rare, no timely care having been taken to treasure them up; indeed we know not of a good collection in the Country; the third class, we presume, are destitute of interest to you.

It will afford me much pleasure to hear from you whenever an opportunity presents, or my services, which are at your disposal, can be of any advantage in advancing your designs.

In the mean time, &c.

THOMAS H. WEBB,
Sec. R. I. H. S.

PROVIDENCE R. I. OCT. 31, 1835.

Sir,

WITH regard to the Rock in Rutland said to have an Inscription on it, farther inquiries satisfy me that none such exists. It appears that many years ago, an individual not conversant with such matters, observing a Rock which presented an unusual aspect, concluded the appearance must have been the result of human labor and immediately announced the discovery of a stone, bearing Ethiopian characters upon it. A later visiter states that there is nothing artificial about it; but that the peculiarity noticed is produced by a vein of Quartz, through which crystals of schorl are so interspersed as to appear like the letters II.

MATTAPOISET ROCK. The one spoken of as in Swanzey is the same with that alluded to as at Gardner's Point, or Mattapoiset Neck. All we are able to state respecting it is what follows.

Some twelve or fifteen years since, before I devoted any attention to this subject, being in Dighton for professional purposes, I embraced the opportunity to visit the Inscription Rock; and in reply to a very natural interrogatory put by me to the individual who ferried me over, a Mr. Gardner, then rising of 80 years of age, he observed that he recollected, perfectly well, of seeing, when a boy, a similar rock on his father's farm, on Gardner's Neck or Point in Swanzey. My informant has now been dead several years. In hopes of being able to learn something farther respecting it, I, accompanied by Mr. John R. Bartlett, visited Swanzey, the fifth day of August, last past. The following is an extract from the memorandum made at the time; viz. "We traced the shore along for some distance, but unsuccessfully. Mr. Gardner, æt. 70, who owns the last farm on the Point, and is brother to the one already spoken of, had an indistinct recollection of having seen a rock on the East side of the Point, about one fourth of a mile from its extremity, which had marks on it, "but none" as he observed, "that would be read"; this he thinks was broken up 20 years ago or more. We searched for it, but in vain. This Point was deeded to the Gardner family by the Indians, and has remained in their possession ever since.

Portsmouth Rocks *(cf. supra p. 397)*. In my letter dated Sept. 14, 1835 I made mention of some Inscription-Rocks at Portsmouth on Rhode Island, the location of which I had succeeded in rediscovering; and a promise was made that Drawings of them, after having been presented to the Board of Trustees, should be forwarded.

To the account in the above mentioned letter, I would add, although the rocks inscribed are not sufficiently large to attract attention particularly, whilst sailing up or down the Bay, and consequently may be thought illy calculated to serve as monuments for the information of voyagers or others, yet the character of the ground in the vicinity is such that it would in a special manner draw the attention of persons coming from the North of Europe. For near upon the shore, between the Rocks and the long line of elevated ground, which forms the highest portion of the Island, is a hillock, having at a short distance therefrom, when viewed from the water, a remarkable resemblance to some of the Mounds found in the Scandinavian district and also in the western section of our own Country. This spot I revisited, with Mr. Bartlett, in company, on the 10th. of last August, when drawings were taken by Mr. Bartlett, of the few remnants of characters, which, (by the aid of a strong light, altho' then for the most part but faintly), we were enabled to make out. Copies of these are now sent, marked No. 1, 2 & 3 *(vide Tab. XIII hujus operis)*. No. 1 is the most Northern, and the characters are inscribed on the perpendicular surface of its Eastern side; No. 2 stands between the others, and is inclined to the S. having its characters on the surface facing to that point of the compass; such also is the position of No. 3, as well as the situation of the figures upon it. These are not stratified as some may conjecture from viewing the Drawings; each is a single block, deeply and somewhat regularly fissured. Farther to the S. and S. W. are some smaller rocks which were marked, but nothing satisfactory can now be distinguished on them.

Tiverton Rocks. These were visited by myself and Mr. Bartlett on the 18th of Aug. 1835. Their situation may be thus known; by tracing along the E. side of the Map of Rhode Island until you strike Tiverton,

and then following along to the S. W. extremity of that town, the Indian name Puncoteast, also the English names Almy and High Hill will be seen. The Inscriptions are on masses of Gray-wacke, near a ledge of the same rock, occurring on the shore of Mr. Almy's farm, a short distance to the N.W. of the High Hill. The Drawings sent marked No. 4, 5 & 6 exhibit the present condition of the Inscriptions. No. 4 and 5 are on a line ranging from N.E. to S.W. No. 4 is a very large mass, if not in fact a continuous portion of the ledge near by. It being buried in the ground, we were unable to decide the point. The markings are on its upper surface, which is inclined at an angle of a few degrees to the N. and that part which is uncovered, measures 8½ feet in length and 6 feet in breadth. It is utterly impossible for us to conjecture what was formerly in the vacant spaces; we can only state, they were occupied with some kind of characters. The individual, upon whose land they are, thinks there was never any thing but human figures on them; but sufficient even now remains to prove the incorrectness of his opinion; look, for instance, at the figure resembling somewhat a cross, and at the one a little below it, to the right. This rock has a crevice running across it near the upper left hand corner; and a portion has been broken away at the upper right hand corner. The characters on another lying between No. 4 and No. 5 have become entirely obliterated. Those on No. 5 faced to the N.W. and the space they occupied measured 4 feet by 7 feet. The human figure on this rock is more distinct and perfect than the rest, being formed on a much larger scale, and the indentations being deeper. The peculiarity about the left knee will not escape your notice. No. 6 is a small stone of a schistose structure lying a short distance to the S. of the others, and might be lifted by two stout men; it is of the size of the outline sent, on which the characters are represented of their true dimensions. These are formed in a different manner from the others and perhaps are of a different origin; although we do not pretend to decide upon the matter; they are channelled or grooved, and appear to have been made by a chizzel or smooth cutting instrument. Previously to 1815, according to Mr. Almy, the characters were so plain,

that they could be clearly distinguished at some distance from the rocks. In September of the year mentioned, there occurred a storm, of such severity throughout this part of the Country, that it was, and will always continue to be, styled, by way of preeminence, the great gale. The tide rose so high, that it for some time completely insulated the Hill to the S. from the main land; and the water swept with such tremendous violence and power over the ground where these Inscription-Monuments are situated, that it bore along with it rocks, and sand and gravel, which so ground in upon the faces of them, as to occasion their present impaired condition. This indeed appears to have been, in diluvial or other times, one of Nature's favorite battle grounds; and the great masses of rock scattered around and piled upon one another, near by, indicate the ravages which at some distant period here took place. The inroads made upon most of these bowlders, by the action of winds, and tides and storms, are strongly evidenced by the singularly cellulated or honey-combed appearance they present. We do not know that these rocks would be particularly noticed by a Navigator; but the High Hill already alluded to would at once fix his attention, being the most elevated spot he could make; and should a landing there be effected, these rocks would much more likely to be observed, than the ledge situated farther on towards what is now termed Fogland Ferry (a name very appropriate to the spot, on account of the dense fogs that hover around here, in the morning and towards evening). In continuing his voyage Northward, the next object that would attract the eye of the mariner, and towards which he would be likely to direct his course is Mount Hope. For although the Island of Rhode-Island at its N. end makes a curve to the N.E. so as apparently to shut out the view beyond, yet the land from being very high along the Eastern side of said Island almost to the water's edge, here becomes very low and flat, so that Mount Hope will be the prominent object in the distance, and the voyager once having reached this spot and gained the open Bay, would naturally prosecute his voyage farther up. In connection with this it may be well to observe, that, Mr. Almy understood Dr. Stiles, in 1780, to say, that an

Inscription Rock was situated near Mount Hope, and he thinks he has heard of one at Sachuest Point, which forms the S.E. extremity of Middletown on Rhode Island.

I might extend these remarks to a much greater length, did I deem they could be of any essential service. I will only add, that the distance across, from the Tiverton Rocks to the Rhode Island shoré is 1¼ mile and to Newport 6¼ miles.

I remain &c.

THOMAS H. WEBB,
Sec. R. I. H. S.

Laudatorum monumentorum delineationes in nostra Tab. XIII, numeris supra memoratis distinctæ, habentur. Quum autem e multis jam pauci tantum characteres vel figuræ incolumes supersint, nunc horum completam explicationem aut illustrationem impossibilem habere cogimur. Liceat nihilominus certam satis eorum cum borealis Europæ vetustorum monumentorum repræsentationibus convenientiam lectori indigitare. Vide e. gr. eos, quos e specu Islandiæ, Paradisiaca dicta, nec non e janua quercea templi Hofensis in nostra Tab. XII exposuimus. Addantur his præterea indubia Scandinavicæ originis signa, hæ præsertim runæ sive runicæ literæ, usitata forma satis perspicue repræsentatæ:

ᛚ (L); ᛏ (T); ∩ vel ᚢ (U, V); ᚭ (O); ᛦ (ᚴ, K vel G inversa), quibus plures jam non satis clari ductus accedunt, cæterum pro sequentium runicorum characterum, et vulgarium quidem, reliquiis fortassis habendi, videlicet: ᛟ (O proprie Mœsogothicum, sed simul etiam Anglosaxonicum O aut Œ); ɸ (E), ᚿ (N), R sive Þ.

In infima maximæ petrarum Tivertonensium parte reliquiæ duarum, quondam integrarum, inscriptionis linearum occurrere videntur, quæ quidem a dextra ad sinistram legendæ sunt; tum verisimiliter prima inferioris lineæ litera pro ᛚ, quarta autem pro ᚴ sive forsitan pro ᚴ habenda.

Antecedentibus scriptis, de his etiam lapidaribus inscriptionibus expetendam censuimus insignis nostri Runologi Finni Magnusenii sententiam, quam ipse statim ita nobiscum communicavit.

„Insulæ Rhodensis inscriptiones Assonetensi illi parallelæ, per se nota-

tione sunt dignissimæ, cum literarum in iis occurrentium ductus vulgaribus Scandinavicis runis perfecte conveniant, et igitur talis illarum origo vix queat denegari. Literæ istæ runicæ, quas e laudatis inscriptionibus, excerpsisti, pro hujus theseos firmitatis gravissimis argumentis sunt habendæ, qua circumstantia rite considerata, mihi paullo ulterius progredi liceat, ut singulorum inter illas characterum vera significatio, conjecturis minime improbabilibus adhibitis, indagetur vel dilucidetur.

ᚠ & ᛏ; ponamus Leivum et Tyrkerum, primos Vinlandiæ occupatores, sua nomina coævis ita per literas ᚠ et ᛏ, hoc ipso ordine indicare voluisse. Tales singulas literas, Islandorum more, ut primas proprii nominis, hoc ipsum denotare conjicio.

Præterea observandi sunt diversi characteres, qui e variis runicis literis, veterum Scandinavorum ritu, compositi esse videntur, pro monogrammatibus habendi, hi scilicet:

ᛅ, compositus a litera ᛅ, A, et alia ᚿ (ᚿ vel ᚾ) N, quæ faciunt nomen *Án*, Scandinavis in genere et Islandis in specie quondam vulgare. Vinlandiæ detectioni coævi fuerunt Thorer quidam, Miklagardi habitans, navigatorum borealis Islandiæ strenuissimus, et ejus filius *Án*. Hunc cum Thorfinno, vicino fere navarcha, patris more terras exteras petiisse, per se non est vero absimile. Nomen *Án* interdum scribitur *Áni*, quod etiam runicum illud monogramma, et duplici quidem simul modo exprimere potest. *Án* vel *Áni* noster in Landnama nominatur, sed nullum tamen ei, auctoris cæterum more, peculiare domicilium adscribitur; hinc concludendum, quod aut semper navigationi, sine ulla fixa habitatione, operam dedisset, aut etiam extra patriam lares fixisset, vel saltem occubuisset.

Aliud duplex, tam sursum quam deorsum, sed retrorsum tamen, legibile monogramma ᛯ verisimiliter est explicandum ᛅᚴᛁ, i. e. *Áki*, quod nomen olim Scandinavis vulgatum[a]. Talia duplicia monogrammata meridionales Europæi simili modo Latinis literis exprimere soluerunt, e. gr. sec. 10mi, ꝊH, i. e. OTTHO et solito et inverso modo rite legibile."

a) cf. alias veterum Borealium siglas et monogrammata Tab. XII delineata.

ANNOTATIONES GEOGRAPHICÆ.

ISLANDIA ET GRÖNLANDIA.

ISLANDIA detectionis et inhabitationis Grönlandiæ auctrix fuit. Islandi primorum itinerum Americæ indagandæ causa susceptorum fuerunt participes, et per Islandos vetustæ de his eventis relationes scriptæ et ad nostros usque dies conservatæ. Insula illa, pro prima transitoria inter borealem Europam et novum mundum statione habenda, præsentis collectionis fautoribus maxime notabilis evadit, qua ratione adducti, nos Islandiæ geographicam mappam, antiquissimorum documentorum tenori adaptatam, in Tab. XIV huic operi adjecimus, eandemque constructam, quoad terræ ambitum, oras et insulas, secundum optimam illam hydrographicam, quæ anno 1826 e Regio Daniæ hydrographico Archivo prodiit. Cum autem hæc mappa, ut reliquæ ejus generis, situm et nomina locorum interiori insulæ parti propriorum omittat, vir matheseos doctus Björnus Gunnlaugsonius, ex Islandiæ geographica descriptione optime meritus, nostro rogatu adductus, hunc defectum ex aliqua parte supplevit. Is præterea antiquæ Islandiæ in diversos quadrantes et tribus, vel toparchias, divisionem notavit, multorum simul in vetustis historiis celebratorum locorum situm indicans, quo tamen respectu is eam insulæ partem, quæ occidentem versus et libanotum vergit, et nobis, ut primarum in Grönlandia, forsitan quoque in ipsa America, coloniarum matrix, maximi est momenti, diligentissime et adcuratissime descripsit. Quoad reliquas Islandiæ partes laudati Gunnlaugsonii dicta supplementa a Finno Magnusenio, ut veteris Islandiæ historiæ et geographiæ optime gnaro, sunt continuata.

GRÖNLANDIA. *Ante medium seculi 12mi, centum quinquaginta ferme annis* post primam Grönlandiæ inhabitationem, tantum jam creverat incolarum numerus, ut ibidem diœcesis institui potuerit, sedem Gardis nacta in orientali

coloniæ tractu, ubi circumcirca maxima erat incolarum frequentia. Quæ diœcesis ad initium ferme, vel circa medium seculi 15ti exstitit. Tum glacies oceani difficultatem facessivit brevissimo trajectu ad terram, secundum antiquum cursum, navigandi. Pluribus intervenientibus causis decreverat incolarum numerus, tractus habitatos irrumpentes Eskimoorum greges vastaverant, et sic tandem omnis inter Europam et Grönlandiam communicatio, prius propter ineptissimam commerciorum prohibitionem maxime debilitata, penitus obsolevit. Sic ipsa terra, oblivioni fere tradita, per 300 circiter annos a nemine, paucis navigatoribus exceptis, fuit visitata, usque ad annum 1721, cum iterata ejus occupatio tentabatur a Norvegis et Danis, qui ibidem novas fundabant colonias. Hæc polaris terra nobis etiam est præcipue memorabilis, cum proxima sit novo mundo, a Grönlandis, Scandinavica stirpe ortis, primum detecto. Cum simul Grönlandia jam a multis geographis Americæ adscribatur, optabile sane nobis foret, multo plures de Grönlandia antiqua ejusque Islandicis coloniis relationes, quæ adhuc in vetustis Islandorum scriptis supersunt, præsenti operi inserere potuisse, si ejus dispositio, certis terminis circumscripta, talem amplificationem sineret; at ex illis eas tantum hic inserere possumus, quæ immediatam aliquam cum Americæ per Scandinavos facta investigatione et locorum ibi sitorum denominatione vel descriptione connexionem habent. Excepimus tamen hac regula, ut Grönlandiæ veteris inhabitatæ circumferentiæ conspicua idea sistatur, duo geographica fragmenta, quæ solam hanc regionem describunt; reliqua talia hic eo potius omittere possumus, quod Societas nostra speciali opere, brevi publicam lucem visuro, omnes, ad nostra usque tempora conservatas, de prisca Grönlandia vetustas relationes, acta et documenta edere decrevit, additis geographicis disquisitionibus et alio necessario apparatu. Heic tamen breves nonnullas de locis in antiquis libris memoratis observationes proponemus.

Hin eystri bygð i. e. Tractus habitatus orientalior. De hujus regionis situ variæ fuere, id quod inter omnes constat, literatorum opiniones, dum alii putarunt, hanc præcipuam sedem cultus veteris Grönlandiæ in ora ab euroaquilone libanotum versus se porrigente, sitam esse, alii

autem, præeunte H. P. von Eggers, hunc tractum in parte australi oræ occidentalis Grönlandiæ, nempe in hodierna provincia Spei Julianæ, posuerunt.

Celeberrimus centurio W. A. Graah, cum oram Grönlandiæ orientalem perscrutabatur, ne minimum quidem potuit vestigium indagare, unde pateret, hanc oram antiquis temporibus ab aliqua culta gente inhabitatam fuisse, neque, quamvis crebro ea de re incolas percunctaretur, ullam expiscari relationem de ullis parietinis, antiquioris habitationis reliquiis. Contra ea in provincia Spei Julianæ permultæ, ut supra demonstravimus, reliquiæ reperiuntur. Quæ res Eggersianæ opinioni gravem auctoritatem conciliat; sunt tamen ipsius vetustatis scriptæ relationes, critice examinatæ cum phrasium, iis propriarum, unice vera et probabili explicatione, laudatæ opinionis optima indicia. Graah noster Eggersii demonstrationem ulterius explanavit, additis novis argumentis, quæ jam tandem plurimos eorum, qui prius contrariam foverant sententiam, erroris verisimiliter convicerunt. Plures insuper hujus theseos probationes afferentur in operis supra dicti tertio volumine.

Cuique in vetustis illis scriptis nominato sinui locum certum adsignare, vix unquam successurum putamus; sunt enim illæ relationes hoc respectu nimis abruptæ, sed nihilominus sperandum, quod saltem principalium in illo tractu maris sinuum verus situs suo tempore satis conspicue recognosci queat, cum nempe investigationes illæ locales, quas nostra Societas quotannis illic instituendas curat, prosperiorem tandem obtinuerint successum. Cum nimirum hæcce res antiquitatum cultoribus atque amicis tam accepta evaserit, ut vires inde non exiguas hauserit, regulares illæ effossiones, ut speramus, monumenta inscriptionibus prædita, iis quæ jam descripsimus graviora, brevi revelabunt, et sic quorundam locorum prius habitatorum verum situm accuratissime indicabunt. Spem itaque fovemus, continuatis explorationibus rem eo perductum iri, ut saltem aliquanto clarior lux huic rei affundatur, quamvis vix futurum sit, ut omnes tenebræ, ne in majorum quidem locorum situ constituendo, ita dispelli possint, ut omnium votis satisfiat.

Maximi momenti in his investigationibus continuandis subsidium Societati nostræ dedit laudatus Graah in mappa illa geographica, tractum

Spei Julianæ specialiter sistente, quam ipse, geometrica Grönlandiæ litorum dimensione functus, ad scalam ampliorem exaravit. Ipse in hac mappa, secundum proprias suas observationes vel aliorum descriptiones notavit loca, ubi reliquiæ vel rudera ædificiorum, antiquioris hujus terræ habitationis periodo structorum, adhuc reperiuntur, et sic nobis priscæ, ac frequentis quidem hujus jam fere desertæ regionis culturæ insignem conspectum exhibuit. Gratulamur itaque nobis, quod laudatam mappam in Tab. XV ad præsens opus communicare possimus, quæ quidem, hodiernæ quoque geographiæ perutilis, vetustis illis, quas supra inseruimus, chorographiis clariorem lucem afferat. Nihilominus vix maturum adest tempus, quo certa boni exitus spe verus memorabilium antiquitatis locorum situs determinari posset. Pro tali investigatione perficienda adhuc desiderantur descriptiones multo ampliores et sinuum sive recessuum marinorum, qui interiori continenti insinuantur, perfectæ delineationes, addita porro ruderum, jam incognitorum, in illis autem latentium, diligente examinatione. Placet tamen Eggersii et Graahii circa varia antiquæ australis Grönlandiæ olim celebria loca conjecturas heic inserere.

Hvítserkr (a *hvítr*, albus, et *serkr*, tunica, indusium), mons sive promontorium glaciale, hodie Cap Farvel sive Statenhuk. Promontorium et prædium insigne Herjólfsnes, hodie Ikigeit, ubi lapis inscriptione præditus nuper inventus est (vide supra p. 340-341 et Tab. VIII). Promontorium, quondam Hvarf dictum, jam Cap Egede in insula Sermersok. Ketilsfjörðr jam Tessermiut. Rafnsfjörðr cum alio sinu Siglufjörðr dicto: Agluitsok cum Ounartok; (in insula ejusdem nominis, extra hunc sinum sita, invenitur fons calidæ aquæ). Einarsfjörðr: Igaliko; Garðar, cum cathedrali suo templo in intimo illius sinus recessu, ubi etiamnum, præter alia satis ampla rudera, magnæ cernuntur templi insignis reliquiæ, in cujus cœmeterio lapis, runica inscriptione præditus, repertus est (vide supra p. 342-344 et Tab. VIII). Hvalseyjarfjörðr, jam Kakortok cum ornatissimis templi ruderibus (vide supra p. 344-347 nec non Tab. IX). Eiríksfjörðr, Tunnulliorbik; in hoc sinu situm fuit prædium nobile Brattahlíð, Erici Rufi ejusque posterorum primaria sedes, et posterius summi Grönlandiæ judicis domicilium. Sunt autem rudera ædificiorum, a priscis

Scandinavicæ originis incolis exstructorum, inventa in viginti provinciæ Spei Julianæ sinibus vel sinuum recessibus[a], quorum unus, maxime versus septemtrionem et simul occidentem situs, Immartinek dictus, probabiliter pro priscæ Grönlandiæ orientalis habitati tractus vero termino est habendus.

Hin vestri bygð, tractus habitatus occidentalior. Prisca distantia inter habitatæ veterum Grönlandiæ orientalem et occidentalem regionem indicatur in antiqua *illa*, quam Björn Jonæus nobis servavit, Chorographia, effecisse 6 dierum remigationem in scapha, sex remigibus instructa. Hodiernam in simili navigio unius diei remigationem Graah noster, propriam experientiam secutus, 9 milliaribus æqualem æstimat, duobus tamen pro quovis die, si intra syrtium juga profectio fiat, rite subtrahendis. Hoc calculo observato, Grönlandiæ quondam habitatæ occidentalis tractus incepit 42 milliarium a sinu Immartinek distantia, ad ulterius latus magni glacialis montis sive molis *(Iisblink)*, sub 62° 30′ lat. bor. siti. Duabus annorum centuriis elapsis, Ivaris Bardi filii tempore, nonnullæ terræ meridiem versus sitæ partes fuerunt habitatæ, cum is distantiam supra memoratam referat fuisse 12 marina milliaria, quorum quodque 1½ geographicum milliare efficere æstimatur, itaque 18 geographica. Sic tum verisimiliter Vestbygda incepit cum sinu Arksut, in quo etiam antiqua rudera sunt reperta. Vetustiore illo tempore Vestbygda ad 67° lat. bor. se, ut videtur, extendit, continens præsentes coloniarum *Fiskernæsset*, *Godthaab*, *Sukkertoppen* et *Holsteinsborgi* tractus, in quibus cunctis rudera sunt inventa, quamvis multo rariora et magis dispersa quam in Spei Julianæ provincia.

Lýsufjörðr (probabiliter etymologice deducendum a voce *lýsa*, specie asellorum), 6 dierum remigatione boream versus ulterius (a primo Vestbygdæ termino) situs fuit; sic is forsitan habendus est pro sinu Issortok, in quo Grönlandi hodierni antiqua rudera sita esse asserunt[b].

Agnafjörðr (verisimiliter derivandum ab *agn*, piscatura), ubi templum

a) cf. Graah l. c. p. 187.

b) cf. *Nordisk Tidsskrift for Oldkyndighed* II, p. 334.

christianum quondam stetit in loco Hóp (*í Hópe* vel *Hópi*); hic sinus forsitan est Baals Revier, cum ipsius forma convenire videatur denominationi *Hóp*, et hic etiam adhuc ad locum Ujararsoak inveniantur templi memorabilia rudera.

An tertius Vestbygdæ sinus Rángafjörðr (potius Rángifjörðr, sinus curvus, vel, ut quidam recentiores scribunt Ragnafjörðr) cum Anavika, Ánavík, accipiendus sit pro hodierno Amaralik in tractu Bonæ Spei (Godthaabs District), ubi templi rudera reperiri feruntur, vel etiam pro Aglomersok in tractu Promontorii Piscatorii (Fiskernæssets District), ubi etiam rudera inventa, nos vix innuere audemus.

Karlsbúðir, a nomine proprio virili *Karl*, et voce *búð*, pl. *búðir*, tabernæ, tuguria, tentoria. Cum alioquin hoc vocabulum semper indicet mansionem aliquam temporariam, locus ille originitus non fixo habitaculo destinatus, sed tantummodo aliquo anni, verisimiliter potissimum æstivo tempore fuit visitatus vel usitatus a viatoribus, nautis, piscatoribus vel venatoribus. Hic locus ab illo boream versus sex dierum remigatione fuit dissitus, et igitur quærendus est in vicinia recentioris coloniæ Gamle Egedesminde. *Karlsbúðir* e nostra opinione hoc nomen acquisierunt a Thorfinno Karlsefnio, qui in uno membranaceorum codicum (*B*, cf. supra p. 169) sæpe vocatur *Karl*. Relatio in ipsius historia de ejus primaria navigatione ad regionem (desertam) occidentalem ita forsitan est intelligenda, ut hoc loco heros noster, in primordio laudatæ suæ expeditionis, aut hiemaverit, aut etiam per temporis non exiguum spatium moratus fuerit, qua occasione ipse Karlsbudas fundaverit. Eadem historia testatur, Thorsteinem Erici filium, Vinlandiam quærentem, eandem viam, in expeditionis primordio, secutum, hibernam in Lysufjordo mansionem sumere coactum fuisse. Has itinerum ambages directæ, et quidem incognitæ, viæ prætulere navigatores illi, ea ut videtur ratione, quod eo securius, litora persequendo, viam invenire, vel etiam, adversa tempestate grassante, continentis oram adire possent. Hic navigandi modus, medii ævi plurimis naucleris acceptus, adhuc etiam inter minores navicularios in nostro Septemtrione non obsolevit.

Bjarney (a voce *björn*, gen. *bjarnar*, ursus, et *ey*, insula[a]). Hæc insula boream versus a Karlsbudis 3 dierum remigatione, vel circiter 21 milliaribus distabat; et sic situi insulæ, quæ Disco Eyland hodie nominatur, optime convenit. Apud hujus litora, cum glacies marina, quam vulgo occidentalem vocant, ex Americæ boreali pelago ejecta illis alliditur, multi albi ursi, ea vecti, vagantur, ut plures simul non raro cernantur, cum e contrario in meridionali Grönlandiæ occidentalis parte unicus tantum rarissime invenitur, Spei Julianæ tractu tantummodo excepto, cum amplissimæ similis glaciei massæ, per oceanum advolantes, ejus litoribus nonnullos albos ursos advehere solent[b]. Nomen insulæ sic ei rite adaptatum esse intelligimus. A Bjarneya, boream versus, duo insuper loca nominantur, hæc scilicet:

Eysunes (ab *eysa*, carbo, et *nes*, promontorium, chersonesus, lingula terræ); est probabiliter aut promontorium Kanisuk, aut etiam chersonesus *Nõursoak*, ubi carbones terrestres sive bituminosi reperiuntur[c].

Æðanes (ab *æðr*, gen. pl. *æða*, anas mollissima), verisimiliter promontorium jam Svartehuk appellatum. Dictæ anates, ovationis tempore, maximo concursu terras boreali polo vicinas frequentant, qua etiam ratione colonia recentior Danorum, septemtrioni proxima, Upernivik, nuperrime ab iis deserta, eorum commerciis plumarum mollissimarum ingentem præ cæteris copiam præstitit[d].

Norðrsetur (sessiones sive stationes boreales). Loca jam nominata *Karlsbúðir*, *Bjarney*, *Eysunes*, *Æðanes* sita fuerunt extra Grönlandiæ litora, proprie habitata, vel tractum illius occidentalem, vulgo *Vestri-bygð* appellatum. Pertinebant igitur ad septemtrionalia ea deserta, quæ vulgo vocabantur *Norðrsetur* (a *seta*, sedes, sessio), quum proprie priscis Grönlandiæ incolis mansiones fuerint æstivæ, venationi et piscaturæ exercendæ aptissimæ.

a) In Thorfinni Karlsefnii vitæ optima membrana (supra p. 138) et vetusta illa chorographia (p. 300) expressis verbis legitur: *til Bjarneyjar*, ita adhibito sing. gen., non autem plur., ut nonnulli voluerunt. Hic igitur de una insula, non autem de pluribus manifeste sermo est.

b) Wormskiold l. c. p. 359.

c) cf. Finn Magnusen, *Antiquariske Annaler* IV, p. 328, 329; Collin, *Efterretninger om Grönland* in Script. Soc. lit. Scand. 1809, p. 175; Graah l. c. p. 173.

d) cf. Wormskiold l. c. p. 370; Finn Magnusen l. c., Graah, l. c.; Pingel, *Nordisk Tidsskrift for Oldkyndighed* I, p. 107.

Lapis ille runica inscriptione præditus (vide Tab. VIII), summa probabilitate anno 1135 adscribendus, hic sub 72° 55′ lat. bor. in insula Kingiktórsoak inventus, indubie testatur, veteres Scandinavos, Grönlandos vel Islandos, illo ævo processisse ad locum, boream versus a Svartehuk promontorio 20 milliaribus distantem. Aliæ vetustatis nobis servatæ relationes videntur insuper innuere, quod illi non raro visitaverint septemtrionales hosce tractus, variarum necessitatum, e. gr. picis phocinæ, materiei mari ejectæ, inde arcessendarum causa. Inter veterum *Norðrsetur* duæ principales stationes nominantur, videlicet *Greipar* et *Króksfjarðarheiði*, quarum posterior ulterius versus boream sita fuit.

Greipar; notat proprie vox *greip* interstitium inter digitos; huic singulari respondet pluralis *greipar*. Hinc vulgaris phrasis, hodie quoque inter Islandos unacum ipso vocabulo usitata, *at spenna greipar*, digitos pectinatim jungere. Pluralis ille porro denotat fauces montium vel angustias terrarum, quibus mare utrinque clauditur. Ab illa antiqua Scandinavorum *greip* derivatur vox recentior Svecica *Grepe*, nec non Danica *en Greb*, furca. Huic denominationi aliqua loci qualitas ansam certe dederit, e. gr. aliquot, potissimum quinque vel decem, notabiles invicem propinqui montes, sive magni et cuspidati apices, hiatibus aut vacuis aperturis distincti; probabilius nihilominus nobis apparet, quod ipsa litoris figuratio nominis vera causa fuerit. Regio *Greipar* a Grönlandia proprie habitata septemtrionem versus jacebat; annuit tamen appellatio, in *Skáldhelga-Rímur* occurrens, *Grœnlands bygðar sporðr*, i. e. Grönlandiæ habitatæ ultima cauda, quæ ad Greipas usque se extendisse ibidem dicitur *(Grœnlands var þar bygðar sporðr)*, quod regio illa satis prope ad terræ habitatæ terminos sita esset. Proxime versus aquilonem ad 67° lat. bor., sed a sinu Discoensi ad meridiem, invenimus tractum litoralem, qui figurationem, illi nomini satis apte respondentem, monstrat, cum nimirum quatuor angusti sinus, Ekallurksoït, Iglutalik, Atanerme et Auleitsivik, oram maritimam dissecent et partiantur in quinque longas et teneras terræ lingulas. Huc igitur, aliqua certe probabilitate favente, Veterum *Greipar* referre possumus[a].

a) Transscriptum unum novissimæ Landnamæ recensionis ad Partis Imæ cap. 1 addit de Hafsbotnis, sive intimis maris aut magni Oceani sinus confiniis, ad Svalbardum, sive orientalem

NORÐRSKAGI GRÆNLANDS, EÐR LANDSENDI HINN NORÐARI. *Skagi*, *Skage*, Scandinavis tam priscis quam hodiernis, ut etiam Islandis, significat insigne promontorium sive longam aliquam in mare se extendentem terræ lingulam vel chersonesum. Vox *Landsendi*, Dan. *Landsende*, notat finem terræ, respondens nomini occidentalis Britanniæ promontorii *Landsend*. Grönlandiæ maxime boreales tractus adhuc nimis parum investigati et delineati sunt, quam ob rem nullam de illo ultimo Grönlandiæ termino sive fine conjecturam proponere audemus. Habent tamen verisimiliter illæ denominationes aliquem nexum cum iis quas mox disquiremus.

INDAGATIO ARCTOARUM AMERICÆ REGIONUM.

KRÓKSFJÖRÐR et KRÓKSFJARÐARHEIÐI; derivanda sunt hæc nomina localia a veteris Scandinavorum et hodiernæ quoque Islandorum linguæ vocabulo *krókr*, Dan. *Krog*, et notissimis illis *fjörðr*, sinus, ac *heiði*, tesqua montana, tractus montanus desertus. *Króksfjarðarheiði* tractus erat, ad *Norðrsetur* pertinens, ad quem quidem locum, ut prius cognitum, sacerdotes quidam Grönlandi a Gardis, provinciæ episcopali sede, anno 1266, secundum relationem supra pag. 271-273 communicatam, ad ulteriorem terrarum detectionem efficiendam, iter susceperunt. Monstrat relatio ista, quod locus ille prius visitari soluerit, et porro alia posterior (supra p. 275), quod veteres Grönlandi ibidem tabernas sive diversoria, æstivali eorum venaturæ et piscaturæ commoda, habuerint. Apparet præterea, quod *Króksfjörðr* revera fuerit sinus amplissimus, in quo, vel ex aliqua parte per quem, navigatio multorum dierum exerceri potuit. Nomen hocce *Króksfjörðr* satis aperte innuit, ipsum sinum præditum fuisse notabili curvatura, *krókr*,

Grönlandiæ oram, a Langaneso Islandiæ boream versus sitis: *þessir hafsbotnar eru fyrir austan Greipar á Grænlandi, ok eru aldri isalausir*, i. e. hi Oceani intimi recessus siti sunt ab oriente Greiparum in Grönlandia, nunquam glaciei massis carentes. Est tamen hisce rite annotandum, quod thesis ista in nullo vetusto Landnamæ codice, sed tantummodo in uno vix laudando recentiore transscripto (inde ut videtur Skalholtensi editioni inserta) reperiatur. Opinamur igitur, hunc locum librarii alicujus posterioris ævi interpolationi adscribendum esse.

sed aliud inde ortum *Króksfjarðarheiði*, quod sinus ille desertis sive tesquis montanis fuerit circumdatus. Ex hoc sinu, vel a montana aut elevata regione eum cingente, illi sacerdotes navigaverunt in interius aliquod mare, ut regiones detegerent septemtrioni propiores, ipsorum conterraneis prius ignotas; in eodem itinere viderunt multas insulas, phocas, balænas et magnam ursorum frequentiam, venerunt tandem in intimum fere interioris sinus tractum, a quo, meridiem versus, continentem, SUÐRLAND, et glaciales montes sitos esse observabant.

In litorali tractu, qui magnum Baffini sinum orientem versus terminat, nullum talem invenimus maris recessum. Johannis Rossii iter, hoc totum litus explorandi causa institutum, insuper probare videtur, quod nullum navigabile fretum, per quod ad alium oceanum transire liceat, hac directione existat. Vix igitur dubitabile erit, de quo sinu hic sermo sit; vetustæ illius descriptionis varia demonstrativa signa optime quadrant in marinum tractum, cujus variæ sectiones jam appellantur *Sir James Lancaster's Sound* et *Barrow's Strait* unacum *Prince Regent's Inlet*, quæ nostris diebus iterum investigatæ et geographice accuratius descriptæ sunt a nautis strenuissimis et peritissimis W. E. Parry, John Ross et James C. Ross; qui totus tractus atavis nostris olim sane audiit *Króksfjörðr*. Litora, quæ Barrowii fretum ab utroque latere terminant, revera appellatione *heiði*, tesqua vel deserta montana, dignissima, ut sequentes descriptiones monstrant:[a] „the high bold land on the north side of the magnificent inlet; — *Cunningham Mountains*; — the shore on the south consisting of high and peaked mountains; — the lofty *Byam Martin Mountains*, whose summits are covered with perpetual snow; the shore consisting of high mountains and, in some parts, of table land." Haud sane incredibile est, quod navitæ nostri Scandinavici ventis australibus per *Wellington channel* propulsi sint in Mare Arctoum Boreale, unde viderint insulas dictas *North Georgian* vel *Parry Islands*, et in harum septemtrionalibus oris observaverint facilem phocarum et balænarum capturam, nec non magnam ursorum frequentiam. Deinde recta sinum marinum introiverunt, ut meridiem versus septemtrio-

a) Parry Journal of the voyages for the discovery of a northwest Passage from the Atlantic to the Pacific, V, p. 15, cf. I, p. 51, II, p. 181, I, p. 54, 58.

nale Americani continentis litus, SUÐRLANDIT, spectaverint. Viderunt ibi aliquot desertas Eskimoorum casas, sed ursorum præsentia perterriti terras istas attingere non audebant. Revertentes trium dierum iter absolvebant, et iterum Eskimoorum habitacula inveniebant in insulis nonnullis, a meridie montis prius noti et nominati, SNÆFELL sive mons nivosus dicti. Ubi locorum in hoc septemtrionali tractu notabilis iste mons situs fuerit, nos ejus futuris investigatoribus declarandum linquere cogimur. Ab illis insulis Gardenses sacerdotes iterum versus meridiem ad *Króksfjarðarheiði* tendebant; ipsorum de itinere, quod festo sancti Jacobi die fecerunt, relatio nobis servavit astronomicas observationes, per se certe rudiores, sed nihilominus tam accuratas, ut loci latitudinis gradus et verus situs earum ope determinari possit. Dicitur videlicet, „quod sol noctu interdiuque luceret, neque, cum esset in meridie, altior esset, quam ut, si quis per transversam navem sex remis agitatam se extenderit usque ad latus navis, umbra lateris navalis soli propioris faciem ejus tangeret; media vero nocte tam altus esset, quam domi in tractu habitato, quando in plaga cauri sit."

Festum S. Jacobi eo tempore, ut etiam nunc, celebratum fuit die 25to Julii[a]. Isto seculi 13tii die fuit

Solis declinatio . . . $= + 17^{0}\ 54'$
Eclipticæ obliquitas $= 23^{0}\ 32'$.

Ponimus, Grönlandiæ habitatæ principalem locum, videlicet *Garðar*, quod supra probabile reddidimus, situm fuisse ad septemtrionale sinus Igaliko brachium, ubi insignis templi et multorum aliorum ædificiorum reliquiæ adhuc existunt, ergo $60^{0}\ 55'$ boreali latitudine; hic solis altitudo, longissimo anni die, in cauri plaga facit $3^{0}\ 40'$, quæ autem æqualis est boreali solis altitudini in die Jacobi et Parallela $75^{0}\ 46'$, quæ incidit prope fretum Barrow's Strait, sed paullulum ab eo septemtrionem versus, in Canali Wellingtonii, vel proxime apud eundem ad borealem plagam. Notandum certe est, quod vetusta illa observatio non potuerit tam accurata esse, quod Parallela secundum minutas determinari queat. Accipimus igitur exi-

a) Cf. Finni Magnusenii Specimen Calendarii gentilis vet. Bor. ad calcem Vol. III operis *Edda Sæmundar hins fróða* p. 1101.

guam in illa observatione puncti cauri aberrationem accidisse, ut eo facilius thesin inde productam dijudicare queamus. Fit ita, exempli gratia, solis altitudo longissimo die in verticali, cujus Azimuth est a septemtrione occidentem versus 41° 38′ = 2° 24′, æqualis solis boreali altitudini S. Jacobi die in Parallela 74° 30′, quod aquilonari Barrowii freti litori respondet; ast quum Azimuth a septemtrione occidentem versus 40° 17′ est = 1° 54′, æqualis altitudini solis boreali die S. Jacobi in Parallela 74°, quæ meridionali Barrowii freti litori respondet. Aberratio a cauro in hoc casu fit 4° 43′, sed in illo tantummodo 3° 22′, quæ certe quantitas in conjectura hujus generis vix a nudo oculo dignosci sive distingui potest.

Ex altera illa observatione vix ullam certam thesin extrahere possumus, cum nemo jam scire possit navigii, sive rectius jacentis hominis cubitus profunditatem ac lateris navalis altitudinem, ut inde inveniri possit angulus, quem navigii latus sive laterale tabulatum cum jacentis viri facie formaverat, qui angulus, secundum illam vetustam relationem, respondere debuit solis, S. Jacobi festo, meridionali altitudini. Ut res hæcce eo facilius exponatur, nos solis in illo die meridionalem altitudinem cum diversis proximis latitudinis gradibus collatam, hic ita indicamus:

Solis meridionalis altitudo in	76°	lat. bor.	= 31° 54′
	75° 30′	——	= 32° 24′
	75°	——	= 32° 54′
	74° 30′	——	= 33° 24′
	74°	——	= 33° 54′

Ad aliquam harum solis altitudinum umbræ angulus, supra memoratus, summa probabilitate aptari potest; apparebit tamen, quod sane vix ullo casu major fuerit, ergo simul statuendum, quod illa observatio, licet mathematica certitudine destituta, minime ad ullum meridiei propiorem locum referri possit.

INDAGATIO ORIENTALIUM AMERICÆ REGIONUM.

Sequimur deinde veteres Grönlandos per Ginnungagap[a], quo nomine, ut ex Gripla apparet (v. supra p. 296), fretum Baffinium et sinum Davisium appellarunt, austrum versus secundum litora Americæ navigantes, et primo venimus ad terram, quam nominarunt

Helluland, ita dictam aut ob ingentes planos, qui ibi sunt, lapides (*hella*, gen. *hellu*, pl. *hellur)*, aut ea ratione, quod terræ illius litora plana fuerint et dura. Reperimus apud antiquos duas terras hoc nomine insignitas, quarum una appellata est *Helluland hit mikla*, Hellulandia Major, altera *Litla Helluland*, Hellulandia Minor. Björn Jonæus alicubi in Collectione sua annotat: *vestri Grænlands óbygð lá millum Vestribygðar á Grænlandi ok litla Hellulands eðr Marklands*, i. e. „occidentalia Grönlandiæ deserta jacuere inter Grönlandiæ Vestbygdam et Hellulandiam Minorem sive Marklandiam"; et Bárðarsaga Snæfellsáss[b], quæ fabulosas quidem continet narrationes, easdem vero testes geographicarum Veterum notionum, sic habet: *Hellulands óbygðir köllum vèr norðr-óbygðir Grænlands ok Norðr-Grænland ok Helluland hit mikla*, i. e. „deserta Hellulandiæ appellamus borealia Grönlandiæ deserta et borealem Grönlandiam et Hellulandiam Majorem." Hinc sequi videtur, veteres Boreales partem Grönlandiæ occidentalis, septemtrioni proximam, et huic affinem terram inter fretum Barrovianum et sinum Hudsonicum, addita porro maxima Labradorensis litoris parte, junctim uno nomine *Helluland hit mikla* appellasse. Descriptiones Labradorensis litoris, quas recentiores nobis dederunt gravissimæ auctoritatis auctores, illi denominationi convenire videntur. Inter alios unus eorum, Roger Curtis, ita commentatur[c]: This vast tract of land is extremely barren, and altogether incapable of cultivation. The surface is everywhere uneven, and covered with large stones, some of

a) Hoc nomen revera idem est ac illud, quod Eddæ adscribunt primariæ chaoticæ vastitudini, pro cujus reliquiis Grönlandi hyperboreum vel glaciale mare acceperunt; vide Finni Magnusenii Lexicon Mytholog. vet. Bor. p. 391 (122) et ejusdem Eddalære I, 22.

b) secundum manuscripta Björnis Jonæi.

c) Particulars of Labrador, in Philosophical Transactions Vol. LXIV p. 374-5, cf. 377.

which are of amazing dimension. — There is no such thing as level land. It is a country formed of frightful mountains and unfruitful vallies. The mountains are almost devoid of every sort of herbage. A blighted shrub, and a little moss is sometimes to be seen upon them, but, in general, the bare rock is all you behold. — In a word, the whole country is nothing more than a prodigious heap of barren rocks." Hic auctor etiam notat, magnam ibidem esse vulpium frequentiam.

Ad earum, quas prisci illi navigatores visitarunt, litoralium regionum determinationem rite constituendam, distantiæ, quas vetusti scriptores nycthemerii *(dægr)* unius vel plurium navigatione demetiuntur, subsidio inservire possunt. Est autem in primis observandum, vocabulum *dægr*, pariter ac Græco-Latinum nycthemerium, ambiguum esse; sic significatione maxime usitata vel diem vel noctem, i. e. 12 horarum spatium denotat, et hæc quidem a Björne Haldorsonio in Lexico ejus Islandico tantummodo indicatur. Eodem modo nos, pluribus abhinc annis præsentis operis editione nuper incepta, illam vocem explicavimus; at posterius diligentior exploratio eam nobis fidem fecit, quod vox *dægr* in his, ut in pluribus vetustatis scriptis, diem naturalem, qui alioquin sæpe dicitur *dagr*, vel spatium 24 horarum revera significet; hæc explicatio specialiter ea firmatur circumstantia, quod *dægr* interdum cum τῷ *dagr* sit synonyma. At longitudo talis diei vel integri nycthemerii (*dægr*) e Landnamæ ipsissimis verbis optime conspicitur, quæ nos docent, quod Islandia 7 talium nycthemeriorum tempore circumnavigari possit, — ast Islandiæ circumferentia a promontorio ad promontorium efficit 188 milliaria, ut horum 27 cuicunque nycthemerii, vel naturalis diei, navigationi respondeant[a]. Nihilominus unius nycthemerii vel diei navigatio aliquanto longior præsumi potest, cum in aperto mari, vel alioquin recto cursu dirigatur.

Antiquæ relationes de Bjarnii Herjulvi filii et de Leivi Erici filii itineribus, quæ in Codice Flateyensi continentur, et aliæ de Thorfinno Karlsefnio, in duabus ipsius vitæ membranis servatæ, primariæ ad geographicas investigationes instituendas sunt habendæ, collatis tamen vetustis ad priscam Scandinavorum geographiam pertinentibus scriptis, quæ originalibus

a) v. Graah, Undersögelsesreise p. 169.

adhuc existentibus membranis debentur. E contrario Griplæ, quæ solummodo per papyracea exscripta, ex aliqua parte, ut supra (p. 295, nota b) monstravimus, corrupta, nobis innotuit, huc spectantia commenta pergamenis illis codicibus hoc respectu sunt postponenda.

A tertia terra, quam Bjarnius Herjulvi filius vidit, et quæ posterius a Leivo HELLULAND fuit denominata, laudatus Bjarnius, illius litoribus prætenavigatis, eaque observatione facta, quod insula esset, ad Herjulvsnesum Grönlandiæ, libanoto flante, 4 dierum vel nycthemeriorum *(IV dægra)* spatio navigavit; dicitur simul, quod *veðr óx í hönd*, ut acerrimo et tamen prosperrimo vento uteretur; si autem distantiam inter promontorium Terræ Novæ (Newfoundland), aquiloni proximum, vel etiam ab insula illi vicina, Belle-Isle dicta, et promontorium Herjulvsnesum sive Ikigeit in Spei Julianæ tractu Grönlandiæ (v. s. p. 410) quæramus, eam distantiam circiter 150 milliaria efficere cernimus, quæ quidem in illius navigationis rapiditatem optime quadrat.

Jam quoque demonstrandum, quod descriptio hujus terræ, quæ aut simpliciter HELLULAND, aut etiam LITLA HELLULAND, Hellulandia Minor, a paullo recentioribus auctoribus nuncupatur, in Codice Flateyensi servata, præsentis ævi viatorum de Terra Nova fide dignissimis relationibus optime conveniat. Dixerunt Veteres (supra p. 23): *þat land var hátt ok fjöllótt, ok jökull á (ógagnvænligt)*, i. e. „hæc terra erat alta et montosa et glacie obducta (parum commodi allatura);" et porro (p. 29) ita describitur: *þeir sá þar eigi gras; jöklar miklir voru allt hit efra, en sem ein hella væri allt til jöklanna frá sjónum, ok sýnist þeim þat land vera gæðalaust*, i. e. „nullam herbam videbant; omnia loca superiora montibus glacialibus tenebantur, atque totum spatium a mari usque ad montes glaciales saxeam planitiem referebat, unde hanc terram sterilem esse judicarunt." Cum his sane conferenda sequens Anspachii descriptio[a]: „Die Insel Newfoundland offenbart sich in seltsamer Wunderbarkeit, als ob die Natur sich in regellosem Schaffen an der Darstellung Erstaunen weckender Denkmähler ihrer Macht ergötzt hätte. — Was von dem Innern der Insel bekannt ist, besteht

a) Geschichte und Beschreibung von Newfoundland und der Küste Labrador, von C. A. Anspach, p. 103-104.

aus felsigtem, dürrem Boden, steilen Hügeln, mit verkrüppeltem Holze bedeckt, einigen engen, sandigen Thälern, und weit ausgedehnten Haide-Ebenen oder *kahlen, mehr oder minder verbreiteten Felsenflächen, wo kein Baum, nicht einmal ein Gesträuch gedeiht*, und die man daher gewöhnlich Barren (Barrens) nennt. Die Küsten sind gemeiniglich rauh und klippig &c." Aditum insulæ principalis oppidi, St. John's Harbour, in litore euronotum spectante, sic describit Chappell[a]: „The most lofty perpendicular precipices rise to an amazing height upon the north side; and the southern shore only appears less striking in its attitude, from a comparison with the opposite rocks." Laudatus auctor libro suo inseruit illius oræ nec non plurium vicinorum montium horrendæ speciei prospectus, æneis tabulis incisos. De promontorio Cape Broyle, in eodem litore, meridiei aliquanto propius, sic porro refertur: „The summit of this majestic headland was now (14th June) covered with snow." Verisimiliter Bjarnius Herjulvi filius, terræ hujus orientale litus boream versus præternavigans, donec eam insulam esse cerneret, ultimam ad illam pertinentium regionum viderat minorem insulam Belle Isle, quam Chappell sic describit: „a high and barren island. Several tremendous Icebergs had grounded beneath its craggy precipices, and formed a striking contrast with the black cliffs behind them. The waves of the Atlantic dashed, in furious foam, against its rockes; and nature appeared to exert unusual efforts to preserve the place from violation of human footsteps." In pluribus certe Terræ Novæ tractibus sylvæ non parvæ existunt; arbores autem earum ut depressæ describuntur, at hæc descriptio in Marklandiam non quadrare videtur, et minus tamen in Vinlandiam, quam plures, inter quos Malte Brun, hic sitam esse putaverunt.

Markland. Altera a Bjarnio Herjulvi filio in ipsius a meridie itinere indagata terra, quam Leivus posterius Marklandiam nuncupavit, ab Hellulandia libanotum versus fuit sita, distantia 3 dierum, vel integrorum nycthemeriorum navigationis, aut circiter 80 vel 90 milliarium. Hæc terra igitur jam Nova Scotia est, et videbimus, quam accurata hujus a priscis Scan-

a) Voyage of his Majesty's ship Rosamond to Newfoundland and the southern coast of Labrador, by Lieut. Edward Chappell, R.N. London 1818, pp. 41, 60, 157.

dinavis facta descriptio sit composita, ita quidem sonans: *þat land var slètt ok skógi vaxit, ok sandar hvítir víða, þar sem þeir fóru, ok osæbratt*, i. e. „hæc terra erat plana et sylva obsita; multis in locis, qua permeabant, candidæ arenæ, molli litorum adscensu." His convenit Novæ Scotiæ descriptio, a nostri ævi navigatoribus facta; sic videlicet unus eorum[a] retulit: „The land about the Harbour of Halifax, and a little to the southward of it, is, in appearance, rugged and rocky, and has on it, in several places, scrubby withered wood. Although it seems bold, yet it is not high." Alter auctor[b] ita se exprimit: „*the land is low in general*, and not visible 20 miles off, except from the quarter deck of a 74. Aspotogon Hills have a long *level* appearance. Between Cape Le Have and Port Medway, the coast *to the seaward* being *level* and *low*, and the shores marked with *white rocks*, with *low* barren points; from thence to Shelburne and Port Roseway are woods. Near Port Haldimand are several barren places, and thence to Cape Sable the land is *low*, *with white sandy cliffs*, particularly visible at sea. Cape Sable, which makes the S. W. point into Barrington-bay, is a *low woody island* at the south-eastern extremity of a range of *sand cliffs*, which are very remarkable at a considerable distance in the offing." Tertius[c] sic loquitur: „From Port Haldimand to Cape Sable the land appears *level* and *low*, and on the shore are some *cliffs of exceedingly white sand*, particularly in the entrance of Port Haldimand and on Cape Sable, where they are very conspicuous from sea."

Certe singuli tractus hic memorantur ut „very rocky and broken," sed hi exigui sunt, respectu ad hujus terræ principalem situationis qualitatem habito, nam ea generaliter, ex allatarum recentiorum descriptionum tenore, Islandicorum codicum verbis ad ungvem convenit; sic Anglicum *level* Islandico *slètt*; illorum *low to the seaward* horum vocabulo mire concinno *ósæbratt;* sic tandem Islandorum *sandar hvítir* vix ulla translatione aptius reddi possit quam hac Anglica *white sandy cliffs.*

a) The Columbian Navigator, Vol. I, P. I by John Purdy. London 1833, p. 17.

b) The new North America Pilot, by J. W. Norie, P. II, London 1815, p. 1, 3, 6.

c) Laurie and Whittle's New Sailing Directions for the Coasts and Harbours of North America, by George Walker. London 1816, p. 7 cf. The Columbian Navigator p. 20.

Quod Nova Scotia et New Brunswick, ut etiam, quæ illis interior, Lower Canada, ubique fere densissimis sylvis tectæ sint, per se est notissimum; hæ circiter tres terræ quadrantes efficiunt, quercus præstantissimas et navium structuræ aptissimas producentes, at multo plures tamen pinus et betulas, quæ picis, tam siccæ quam liquidæ, nec non terebinthi, et aridorum lignorum, sacchari in Antillis insulis cocturæ inservientium, magnam copiam produnt. Situs Veterum Marklandiæ sic posthac vix incertus manebit; et MARKLANDSBOTNAR, intimi Marklandiæ sinus sive sinuum recessus, igitur respondent sinui Gulf of St. Laurence cum variis ejus ostiis et recessibus, ipso Sancti Laurentii flumine iis adnumerato. Insula illa, versus euronotum sita, quæ in Thorfinni Karlsefnii vita (p. 138) sub nomine BJARNEY memoratur, jam ita verisimiliter Cape Sable. Cum veteres Boreales continentem illam *terram sylvestrem* appellarent, non erit observatione indignum, quod ipsius posteriore ævo succedens indagator Gaspar de Corte Real, inclytus Lusitanus, qui e Lisboa anno 1501 navigans, post Terram Novam visitatam, huic regioni appulsus, ipsi nomen, illi non multum absimile, *Terra verde* imposuerit.

VÍNLAND. Regio prima, cui Bjarnius Herjulvi filius tempestate fuit appulsus, et quam Leivus postea Vinlandiam appellavit, secundum ambo illa antiqua itineraria, a Marklandia sita fuit duorum dierum, sive integrorum nycthemeriorum distantia, vel 60 milliaribus, cursu versus libanotum tendente. Distantia a Cape Sable ad Cape Cod in libris navigatoriis indicatur, cursu ad occidentem, ad meridiem paullulum vergentem (W. by S.), esse circa 70 leagues vel circiter 52 milliaria. Litora Massachuseti et Rhodensis Insulæ satis accurate respondent veterum Borealium descriptioni, secundum sensum quo terræ primus aspectus mentem Bjarnii affecerat (cf. s. p. 22): *landit var ófjöllótt ok skógi vaxit, ok smár hæðir á landinu*, i. e. „terra erat non montosa, et sylvis tecta, colliculisque interstincta." De Leivo refertur (s. p. 30), eum a Marklandia (Nova Scotia), vel hujus terræ promontorio, euronotum versus proxime vergente, Cape Sable (Bjarneya), per mare apertum navigasse, cæcia flante, atque per duo (integra) nycthemeria in eo fuisse versatum, prius quam terram vidisset. Tali navigatione, in distantia circiter 60 milliarium, is necesse meridiem versus Nantucket

præteriit, ut ipse, hanc insulam et litora prope sita cernens, et cursum ad hæc boream versus reducens, rite potuerit se ita exprimere, quod insula illa jaceret *norðr* i. e. boream versus. Navigabant deinde in fretum istud, quod dictam insulam[a] discernebat a promontorio (sive chersoneso), boream versus a terra se extendente, cursu ad occidentem præter illud directo, videlicet in ipsum Nantucketi sinum vel fretum inter insulam Nantucket et promontorium Cape Cod *(Nauset)*, cum hæc ultima denominatio sensu latiori de tota provincia Barnstable sumatur, et quoque in Vineæ fretum, Vineyard Sound, cum eo revera cohærens. Pergit porro vetus relatio: *þar var grunnsævi mikit at fjöru sjóvar*, i. e. „hic cum mare recessisset, brevissima erant vada." Mappæ hydrographicæ permultas syrtes, æstus maris moventes, et arenosa brevia in hoc freto existere monstrant. His conveniunt scriptæ recentiorum observationes[b]: „The eastern entrance is impeded by numerous rips and other shoals, as are likewise the central and western parts; and the whole presents an aspect of drowned lands, which, there can be little doubt, were, at some period, anterior to history, connected with the main."

In antiqua illa narratione de Thorfinni Karlsefnii itinere et ejus adventu ad Vinlandiam (s. p. 139), is refertur venisse *at nesi einu; lá landit á stjórn; voru þar strandir lángar ok sandar*, i. e. „ad linguam quandam; terra ab dextro navis latere jacuit; ibi erant longa litora et arenæ." Diversa autem historiæ pertractatio in altero codice membranaceo (s. p. 170-171) sic habet: *þar var nes, er þeir kvomu at; þeir beittu með landinu, ok lètu landit á stjórnborða; þar var öræfi, ok strandir lángar ok sandar*, i. e. „qua advenerunt lingua fuit; litora vento obliquo legebant, terramque a dextro navis latere relinquebant. Ibi erant loca importuosa,

a) Insulæ Nantucket, Thuckanuck, Muskeget, Chapquidock & Martha's Vineyard inter se tam connexæ sunt per interjacentia arenosa brevia (shoal grounds), ut maxime fiat probabile, quod illæ olim aliquando unam tantum effecerint continentem insulam, quæ posterius violentis torrentibus, a meridie procedentibus, fuit dissecta. An probari possit ea conjectura, cui historia nostra ansam dare videtur, quod dictæ insulæ, primo illo per Europæos detectionis tempore, junctæ fuerint, Americæ Geologis dijudicandum linquimus; opinamur autem, aliquem earum nexum tunc temporis ejus fuisse conditionis, ut a nautis advenis, eas partim e statione non parum distante spectantibus, insula vocari possent.

b) The Columb. Nav. p. 72.

litora longa, et arenæ." Lingulam istam *Kjalarnes* appellarunt, sed litora proxime sita, vel inde incipientia *Furðustrandir.*

KJALARNES derivandum est a substantivo *kjölr*, gen. *kjalar*, carina, et *nes*, lingua, promontorium vel chersonesus. Historici veteres de hujus appellationis fundamentis non sunt consoni. Sic *Grænlendinga-þáttr* (p. 42) vult, eam deberi Thorvaldo Erici filio, qui ibidem naufragium passus, navis carinam fregit, et in dicta lingua eandem deinde erexit. E contrario Thorfinni Karlsefnii vita (p. 139) perhibet, Thorfinnum eam ita denominasse propter carinam navis alicujus in ea inventam, sine ulla illius naufragii mentione. Harum variarum relationum, inter se collatarum, inconvenientia utramque minus fidam reddit, ut metuendum videatur, quod illarum relationum auctores vel scriptores, qui cujuscunque nuper detecti loci nominis causam explicare tentaverint, sed hoc casu de vera loci situatione sufficiente geographica notitia carerent, hic errore aliquanto fuerint decepti. Nos enim, plenissimis harum terrarum descriptionibus et delineationibus instructi, indubium censemus, recentiorum Cape Cod, a Gosnoldo anno 1692 ita denominatum, longe prius, propter adcuratissimam suæ formæ cum navis, præsertim priscorum Scandinavorum bellicæ, carina similitudinem, Kjalarnesi appellationem nactum esse. Istud promontorium a Veteribus (s. p. 41-42) dicitur *andnes*, i. e. lingula terræ, alii obversa, ad ora sinus; cui definitioni promontorii Cape Cod situs respondet, alii promontorio, Cape Ann dicto, ad oppositum litus ostii sinus Massachuseti, directe obversi[a].

FURÐUSTRANDIR, quæ litora sæpius memorantur cum Kjalarneso connexa sive cohærentia. Hoc nomen derivandum est a substantivo *furða*, gen. *furðu*, res miranda, item prodigium, portentum, et alio *strönd*, gen. *strandar*, nom. pl. *strandir*, idem ac *strynd*, *strind*, proprie stria, sed

a) Hoc promontorium quondam, priusquam præsens nomen ei imponebatur, varias has denominationes nactum est: Cabo de las Arenas, Statenhoeck, Wittehoeck, Cape James, Cap Blanc; vide Americæ nov. descript. per N. J. Visscher 1633; Geographiæ Blavianæ P. V Vol. IX, Anglia Nova p. 35. Hic Geographus dictum promontorium quoad formam mox comparat cum cornu, mox cum falce messoria; at vetustorum Borealium dictæ denominationis, e nostra opinione explicatæ, allusio ad ejus cum navis carina similitudinem sine dubio illis aptior est habenda.

vulgo idem denotante ac Dan. et Germ. *Strand*, quod adcurate respondet Anglico *beach*, Lat. *crepido*. Hoc nomine, ut credimus, olim designabantur Nauset Beach, a 41° 51′ ad 41° 41′ lat. bor. se extendens, Chatham Beach, simul Potanumaqunt Beach appellatum, quod proprie meridionalem efficit illius partem, et Monomoy Beach; et ea quidem denominatio optime convenit illis angustis litoribus, vulgo *narrow beach*, quæ dictam maritimam oram efficiunt. Causam hujus appellationis, quam historicus noster adfert: *þvíat lángt var með at sigla*, i. e. „quod longum erat secundum ea litora navigare," nos non approbare possumus, cum litorum mera longitudo vix pro nominis vero fundamento sit habenda. Interea hæc narratio referenda esse videtur ad vetustas aliquas relationes de oris maritimis multo majoris longitudinis, meridiei propioribus, quas priscus historicus permutatione transtulit ad hoc nomen, quod sine dubio impositum fuit illis oris propter peculiarem earum aspectum et qualitatem. Sic de his litoribus Hitchcock[a] commentatur: „The dunes or sand hills, which are often nearly or quite barren of vegetation, and of snowy whiteness, *forcibly attract the attention on account of their peculiarity.* As we approach the extremity of the Cape, the sand and the barrenness increase; and in not a few places, it would need only a party of Bedouin Arabs to cross the traveler's path, to make him feel that he was in the debths of an Arabian or Lybian desert." Fuit tamen verisimillime certum aliquid naturæ phænomenon, quod ibi non raro est observatum, illius singularis denominationis causa. Id Hitchcock (l. c. p. 98) ita describit: „In crossing the sands of the Cape, I noticed a singular mirage or deception. In Orleans for instance, we seemed to be ascending at an angle of three or four degrees; nor was I convinced that such was not the case, until turning about I perceived that a similar ascent appeared in the road just passed over. I shall not attempt to explain this optical deception; but merely remark, that it is probably of the same kind, as that observed by Humboldt, on the Pampas of Venezuela: "All around us," says he, "the plains seemed to

a) Report on the Geology &c. of Massachusetts p. 96-97, cf. p. 130. Alia horum litorum descriptio composita a membro quodam Societatis humanitati sacratæ (The Humane Society), quæ in illis oris casas pro naufragis erigi curavit, legitur in The Columbian Navigator p. 68-71.

ascend towards the sky." Talem forsitan veteres Scandinavi hic observaverint opticam illusionem[a], quæ quidem cum reliqua litorum peculiari qualitate connexa, denominationis *Furðustrandir*, his a Veteribus impositæ, ansam dederit.

Straumsfjörðr et Straumsey (a *straumr*, torrens, currens maris, *fjörðr*, sinus, et *ey*, insula). Dicitur porro in Historia Thorfinni Karlsefnii (p. 139 sq.), nautas nostros, cum litora *Furðustrandir* præternavigassent, duos Scotos, virum et fœminam, quos secum vexerant, in oram terræ exposuisse, eosque, terræ situationis et qualitatis explorandæ causa, meridiem versus currere fecisse. Ad hanc circumstantiam observandum est, quod antiqui Scandinavi eam mundi plagam, quæ iis septemtrio audiit, vulgari orienti aliquanto propius sæpe posuerint[b]; eorum meridies consequenter ad nostrum occidentem vergit, quod etiam sequentis litoris directioni convenit. Cum illi emisitii, tribus diebus elapsis, retro venissent, navemque iterum conscendissent, Thorfinnus cum sociis ulterius navigabant, donec advenirent ad sinum adque insulam extra eum sitam, ubi tanta avium (anatum mollissimarum) multitudo fuit, ut advenæ inter earum ova pedem vix deponere possent. Circum hanc insulam et in ipso sinu magno impetu maris cursus ferebantur.

Æstus sive currens maris, qui „Gulf-stream" vulgo dicitur, e magno Mexicano sinu rapidissimo cursu evolvens, intruditur freto Cubam a Florida dirimenti, fertur deinde boream versus inter hanc terram et Bahamenses insulas, totam fere freti latitudinem occupans, porro ulterius prodit septemtrionali directione, parallelus fere universis Septemtrionalis Americæ orientalibus oris, disparet tandem, orientem versus in magnis syrtibus Terræ Novæ adjacentibus. Rapidissimus hic maris cursus, cujus alveus antiquiore tempore litori magis appropinquasse fertur, efficit maris violentos fluxus in eo ipso loco, ad quem nos ita veteres illos indagatores comitati sumus[c], cum

a) Denominationem poeticam perraram, *sandhimin*, arenæ cœlum sive atmosphæra, quam Thorhallus Venator (s. p. 145) mari attribuit, ad tale phænomenon allusisse, non per se est improbabile.

b) Probatur hæcce thesis pluribus ■ *Knytlinga Saga (Fornmanna Sögur* XI, p. 229-230) adferendis argumentis, cum in brevi ei inserta Daniæ descriptione, inter alia huc pertinentia, e. g. legatur, fretum *Eyrarsund* a septemtrione Sælandiæ, et Scaniam ab illo freto boream versus sitam esse.

c) De rapidis hisce maris cursibus, Nantucket

chersonesus Cape Cod (Barnstable sive Nauset) cursibus a meridie progredientibus obstaculum afferat, at hi tamen tantam diu exercuerint violentiam, quod arenâ alluvie congestâ meridionales oras quotannis auxerint et perspicue satis dilataverint, — sed nihilo minus, e contrario, in aliis locis litora fregerint, et eo modo dictæ chersonesi orarum, euronoto proximarum, priorem configurationem magnopere immutaverint. Monomoy Beach cum lingula terræ Sandy Point of Cape Malabar, quod jam insula est, nonnullis abhinc annis cum continente fuit cohærens[a]. Sic possibile est, quod prisci Scandinavi eum sinum vel recessum, qui quondam ab altero latere hanc terræ lingulam terminabat, nominaverint Straumsfjördum, sed insulam, extra illum sinum jacentem, Straumseyam, quæ jam vocatur Egg-Island, sine dubio propter eam circumstantiam, quod ibi aut jam inveniatur, aut quondam inventa sit, magna ovorum copia. Linquimus cæterum Americæ doctis geologis ejus quæstionis solutionem, an Monomoy Beach, illo tempore, tam longe se in mare extendisset, ut istud cum opposito continentis litore formare posset recessum, sinus denominationem merentem. Caremus præterea diligente circumjacentis regionis descriptione, nescientes igitur, an vetustæ nostræ historiæ de Straumsfjördo relatio in istam bene quadret. Si illæ conjecturæ localis situationis examinatione non probantur, ut quidem suspicamur, Straumsfjördum nobis liceat referre ad sinum Buzzard's Bay, qui quondam etiam Manomet Bay fuit appellatus[b], et sic Veterum *Straumsey* eadem forsitan erit ac recentiorum Martha's Vineyard, vel etiam tota propinqua insularum conglomeratio, Nantucket inclusa, quæ illis temporibus non improbabiliter magis cohærens, una fere insula dici potuit. De maris cursibus nos supra disquisivimus; hi summa violentia et rapiditate hic grassantur, et certe quidem longe severius quam fluxus oceani cognominem Færoarum insulam (olim *Straumsey*, jam *Strömø*) circumeuntes, quod idem de sinu Buzzard's

cingentibus, consulatur The Columbian Navigator 1, p. 73-74: „About the coast of Nantucket and the Shoals, the bottom is generally sandy, and the tide very rapid," — „The South Shoal is dangerous, being composed of hard white sand, over which the sea breaks in a tremendous manner."

a) Vid. Edw. Hitchcock's Rep. p. 127-129.

b) in mappa geographica Hermanni Moll. 1715.

Bay dicendum[a]. Historiæ nostræ descriptio: *þar var fagrt landsleg*, i. e. „hujus loci situs amœnus erat," (p. 141); *fjöll voru þar, ok fagrt var þar um at litast; þar voru grös mikil*, i. e. „ibi montes erant et prospectus amœnus, magna ibidem herbarum copia," (p. 173), in illam regionem sine dubio optime quadrat. Cum porro dicitur, nostros navigatores, Furdustrandis præternavigatis, solum invenisse *vâgskorit*, ipsosque tales recessus intrasse, hoc bene convenit litorali tractui, inter Cape Malabar et Buzzard's Bay sito, qui varios habet minores recessus. Verba *fóru þeir leiðar sinnar, þartil er varð fjarðskorit*, i. e. „iter perrexerunt, donec terra sinu intersecaretur," videntur præterea innuere majorem distantiam inter Furdustrandas et Straumsfjördum, quam eam quæ eveniret, si hunc sinum ad interius latus τȣ̃ Monomoy Beach ponere vellemus; et vocabulum *fjarðskorit* aptissime certe applicari potest sinui Buzzard's Bay, qui revera longo cursu continentem insecat eique immittitur. Si hanc conjecturam probare auderemus, probabilissimum fortassis evaderet, quod vetusti Scandinavi, in hoc sinu aliquamdiu versantes, ad ejusdem intimum recessum, et in vicinia fluvii Manomet River, sua struxerint habitacula.

Krossanes. Thorfinnus Karlsefnius et Thorhallus Venator inter se dissentiebant de regione, ubi Vinlandia quærenda; ille libonotum versus pergere voluit, hic autem præter Furdustrandas et Kjalarnesum renavigare maluit. Thorhallus igitur a reliqua viatorum societate cum octo aliis se separavit. Hi novem, versus septemtrionem tendentes, in proposito habebant, Kjalarneso præternavigato, occidentali cursu litora sinus, qui jam Bostoniensis vocatur, velis petere, at hæc eorum destinatio frustra erat, cum tempestas, ab occidente erumpens, illos navigatores opposita penitus directione ad Hiberniam propulit. Regio, quam ita quæsiverant, revera ab aliis Scandinavis petebatur. *Grænlendinga-þáttr* (p. 42) refert, Thorvaldum Erici filium a Kjalarneso terram ab oriente prætervectum *(austr fyri landit)* proximorum sinuum ostia intrasse adque promontorium ibi se extendens, ubique sylva obsitum, applicasse. Decidant viri, has regiones bene noscentes, hujus promontorii veram situationem; est probabiliter aut

a) cf. Laurie and Whittle's New Sail. Dir. p. 44: „The first of the floodtide sets strongly to the northward, over the rocks, into Buzzard's Bay."

Gurnet Point, aut Cape Alderton. Prius horum optime respondet verbis *þar voru næstir;* est autem collis rotundus a septemtrione introitus portus dicti Plymouth Harbour, magnis, ut nomen High Pines Ledge indicare videtur, arboribus tectus. Vocabulum *fjarðarkjapta*, plurali numero, non inepte valere posset de sinu Bostoniensi cum cunctis ejus minoribus recessibus. Promontorium illud, de quo Thorvaldus, in ejus apice stans et inde se circumspiciens, ita loquebatur: *hèr er fagrt, ok hèr vilda ek bæ minn reisa*, i. e. „hic locus amœnus est, hicque optarem villam meam ædificare," ita fieret „The bluff Head of Cape Alderton[a]." Situs istius advenas recentioris ævi simili sensu affecit ac Krossanesum quondam nostrum Thorvaldum. Sic de hac re Edw. Hitchcock (l. c. p. 96): „Supposing the traveler to start as before from Boston, the long and narrow neck of land connecting the settlement of Hull with the mainland must not be passed unvisited. To say nothing of the rocks which at the head of this beach constitute almost the entire surface, rivaling even Cape Ann in this respect, and which on the shore present a remarkable and elegant variety of colours, the beach itself, not less than 4 or 5 miles in extent, is much more interesting than that leading to Nahant. The Light House and the Brewster and other islands in view, as one advances towards Hull, are picturesque objects; and then the pleasant and sunny situation of the little village of Hull, furnishes a convenient *resting place* for the traveler." Nomen *Krossanes*, secundum vetustas Scandinavorum traditiones, derivatur a duabus crucibus, super Thorvaldi sepulcrum erectis. Est certe eadem regio, de qua sermo est in Thorfinni Karlsefnii vita (p. 157-158), cum Thorvaldi Erici filii cædes ibi similiter referatur. Amnis, qui l. c. dicitur fluxisse ab oriente ad occidentem, vel aliis verbis, e significatione priscis Scandinavis interdum usitata, a meridie ad septemtrionem, sic esse potest exiguus ille fluvius, qui intra Point Alderton et Nantasket talem directionem sequitur. Tractus montanus, hic (p. 161) memoratus, convenit certe recen-

a) Memoratur in hac regione „a remarkable grove of trees" in Laurie and Whittle's Sail. Dir. p. 34, cf. etiam Reise des Herzogs Bernhard zu Sachsen-Weimar-Eisenach in den Jahren 1825 und 1826, 1, p. 75.

tiorum The blue Hills, qui se extendit ad eam regionem, ubi nos locum reperimus, qui in antiquis scriptis nominatur

Hóp. Thorfinnus Karlsefnius processit a Straumsfjördo, Vinlandiæ quærendæ causa, cum reliquis illius expeditionis participibus, viris summatim CXXXI, ulterius versus libonotum tendens. In hanc navigationem adplicatur phrasis *þeir fóru lengi*, i. e. „diu navigarunt;" quod quidem dici posset de longa distantia, sed hic tamen certe intelligendum est de diuturna navigatione, cujus causa verisimiliter quærenda est in diligente examinatione variorum Straumsfjördi recessuum. Continuabant dicti nautæ hanc navigationem, donec venerunt ad fluvium, qui a terra interiore ferebatur trans lacum quendam ad ipsum oceanum. Intrabant porro ostium hujus fluminis, vocantes terram, sive locum, *Hóp*. Hoc nomen *Hóp* verisimiliter derivatum a verbo *hopa*, recedere, significat recessum sive derivationem fluminis et maris confluentem, aut etiam ostium fluminis, sive exiguum maris recessum, cui amnis immittitur, vel sensu maxime proprio parvum sinum, formatum a flumine vel amne e superiore terra demisso et a recessu maris[a]. Huic nomini et illi descriptioni adcurate respondet recentiorum Mont-Haup-Bay sive Mount-Hope-Bay, per quem fluvius Taunton River, olim quoque Cohannet dictus, currit, qui etiam deinde per flumen parvum sed navigabile, dictum Pocasset River, immittitur oceano, vel hujus affluentibus aquis unitur per ostium ad Seaconnet situm. Extra fluvii proprium ostium, *Hóp* vel Mont-Haup-Bay, jacent insulæ, quarum nonnullæ magnæ, Rhode Island (Aquiday), Hog Island, Prudence Island (Chibacoweda) et magis retro Connonicut Island et plures, summa unius nostrarum membranarum (p. 179) convenientia. In harum altera (p. 147) vasta dicuntur ibi esse brevia arenosa, quare amnis subiri nisi maximis æstibus non potuerit. Et hæc descriptio in præsentem loci situationem optime quadrat, nam talia brevia hodieque existunt in Seaconnetensi freto extra ostium fluminis Pocasset River. Ut denominatio sinus, *fjörðr*, Dan. *Fjord*, sæpissime non tantummodo de sinu ipso, proprie sic dicto, adhibetur, sed simul quoque de toto eum circumdante litorali tractu; simili modo hæc

a) Cornu fluminis, vel secessus aquarum a fluvio excedens, vocatur vetere Scandinavorum et hodierna Islandorum lingua *afhóp*.

regio, cujus oræ recessum, memoratæ descriptioni respondentem cingebant, acquisivit nomen *Hóp*, quo adhuc designantur tractus *Vestr-Hóp* in Islandia et varia prædia tam in Islandia quam in Norvegia, ad lacum sive recessum sita, illi Americano similem, quondam dictum *Hópsvatn* (Hopi lacus sive recessus).

LEIFSBÚÐIR. Vinlandiam a Leivo primum indagatam Thorfinnus Karlsefnius quæsivit, et feliciter invenit. Testante *Grænlendínga þáttr* (p. **57**) Leivus Thorfinno sua in Vinlandia ædificia mutuaverat, cum is nec proprio fratri vel sorori, nec illi, ista in possessionem tradere voluit, verisimiliter propter eam causam, quod ipse in proposito haberet, illuc aliquando proficisci, et in terra ab eo primum occupata proprium domicilium figere. Thorfinnus tamen illa mutuatione non usus est, cum ipse, testante historia de ejus vita (p. **149-150**), specialia sibi in Vinlandia habitacula struxit. Leivi soror Freydisa, quæ hujus expeditionis particeps fuisse cernitur, fratris sui ædificia haud dubie occupavit, eaque sua ac suorum domicilia fecit. Difficile sane erit Leifsbudarum verum situm adcurate monstrare; hanc investigationem viro localis terræ qualitatis gnaro nos linquere cogimur. Relatio de Leivi itinere (p. **31**) videtur innuere litus a septemtrione Vineyard Sound situm, sed terræ ipsius descriptio in hoc non quadrat, et præterea, si Thorfinni Karlsefnii historiam respicimus, Vinlandia ulterius occidentem versus jacuisse videtur. Locus ille in descriptione prius memorata ita decernitur: *þar er á ein fèll or vatni einu*, i. e. „quo loco fluvius quidam ex lacu aliquo se exoneravit;" et cum in altera recensione Thorfinni vitæ (p. **179**, cf. **147**) expressis verbis dicatur de ejus et sociorum ad Hopum adventu: *þeir komu at á þeirri er fèll af landi ofan ok í vatn eitt (ok svá) til sjóvar*, i. e. „ad istum fluvium pervenerunt, qui e terra per lacum in mare se exoneravit;" nos aliqua certitudine statuere possumus, Leifsbudas ad ipsum Hopum sitas fuisse. De Leivo refertur, eum, ædificiorum structione perfecta, suos comites divisisse *í tvo staði*, i. e. in duas partes aut sectiones, forsitan etiam in duo loca vel duas stationes, ut ipse textus verbotenus sonat, quæ ambæ classes mutuo quotidie locorum vicinorum situationem et qualitatem investigarent. Quod hæ minores expeditiones, quibus Leivus generaliter altero quovis die præfuit, sæpius hos detectores

duxerint ad regionem, jam South Kingston dictam, 3 vel 4 milliaria inde sitam, et specialiter ad tractum inter Pettaquamscut et Point Judith situatum, vix ullo dubio subjectum esse potest; est præterea non improbabile, quod illi sua pecora ibi per aliquantum temporis spatium pascua quærere fecerint.

ÞORFINNSBÚÐIR. Thorfinnus Karlsefnius fecit sua habitacula, vel etiam, ut una ejus vitæ recensio dicit (p. 149-150, 181), propiore ad terræ occupationem respectu habito, *bygðir*, i. e. habitata loca sive prædia, supra lacum *Hóp*, ut aliquæ domuum propinquiores essent lacui sive Hopo, alii autem ab eo magis distantes, vel, ut altera illarum recensionum magis distincte se exprimit: superius in continente sitæ. Ea ædificia, quæ Hopo erant propinquiora, sic videntur structa fuisse in loco propter pulchrum situm jucundissimo, Mount Hope, posterius indigenarum principis Metaconis sive Philippi regis sede. Cum vetustæ illæ traditiones referant, ingentem multitudinem Skrælingorum navigiorum „*sunnan fyri nesit*," i. e. ab austro præter promontorium, advectam esse, hoc sane intelligi debet de promontorio Bristol neck; cum Skrælingi iterum se monstrarunt, Thorfinniani verisimiliter in ripis fluvii Tauntonensis aufugerunt, donec ad rupes aliquas pervenerunt, ubi Skrælingis tandem viriliter resistebant (p. 150, 153). In hujus fluminis ripis illa ædificia vel prædia *(bygðir)* structa fuisse videntur, quæ superius in continente, ab Hopo majori distantia fecerunt. Territoria a Thorfinno occupata probabiliter orientem versus terminata fuerunt a fluvio Tauntonensi (Cohannet), ut monumentum in lingula Assonet-Neck satis apte illius territorii orientalem terminum indicare sive efficere potuerit. Occidentales novæ hujus ditionis limites verisimiliter quærendi sunt in fluviis Sneechtaconet sive Blackstone River, Pawtucket et Seekonk; at erga septemtrionem regio sic occupata videtur se extendisse ad colles, dictos The blue Hills, quod sane posterior de Thorfinni itinere relatio (p. 161), cum nostris observationibus (p. 431-432) collata, testari videtur. Leivus e contrario sibi et suis, ut ejus propriæ ditioni adscribendos, jam antea verisimiliter destinaverat tractus Tiverton, Pocasset, Sogconnet cum insulis Aquiday, Chibacoweda, Cononnicut, nec non tractu

litorali ab occidente Narragansettensis sinus sito, præcipue Pettaquamscut (South-Kingston).

Quoad Vinlandiæ situm *Grœnlendinga þáttr* nobis servavit ASTRONOMICUM INDICIUM hujus tenoris: *Meira var þar jafndœgri enn á Grœnlandi eðr Íslandi; sól hafði þar eyktarstað ok dagmálastað um skamdegi*, i. e. „Ibidem major, quam in Grönlandia aut Islandia, fuit dierum æqualitas; ubi dies brevissimus erat, sol ibi locum habuit (supra horizontem fuit) ab hora 7½ ante meridiem usque ad horam 4½ post meridiem. Certe verba illa *eyktarstað* et *dagmálastað* variis explicationis modis subjecta fuerunt; in specie celeber Daniæ et Norvegiæ historiographus Thormodus Torfæus varia argumenta substituere tentavit opinioni, ab illa quam supra adoptavimus differenti. Is scilicet putavit, textum nostrum ita intelligendum esse, quod sol in terra illa, hiemalis solstitii die, pomeridiano tempore per quatuor horas in cœlo maneret, et hora matutina, e nostro calculo, octava oriretur, ut dies ille 8 horas efficeret, et Vinlandia igitur in 49° lat. bor. esset quærenda. Torfæum sequuntur Wormskiold, Malte Brun et plures, qui illius explicationis auctoritate fulti, Vinlandiam referunt ad Terram Novam (Newfoundland) vel tractum ostio fluminis Sti Laurentii adjacentem, respectu non habito ad hujus regionis qualitatum rerumque ibi productarum cum vetusta illa Vinlandiæ descriptione inconvenientiam, neque ad antiquarum traditionum testimonia de longitudine spatiorum inter terras descriptas, quæ certo dierum numero pernavigari soluerunt, jam primum examinationi subjecta, quæ quidem e nostra opinione pro certioribus in hac re documentis sunt accipienda. Torfæi rationes hic recapitulare nos superfluum ducimus, cum plures veteris Islandorum horologiæ peritissimi scriptores longo abhinc tempore illas refutaverint, sed e contrario gravissimis argumentis probaverint eam nostri textus explicationem, quam nos unice veram habemus. Inter auctores illos duos nominamus, videlicet Paulum Vidalinum[a] et Finnum Johannæum.[b] Hac observatione loci dis-

a) In tractatu mscto, adhuc inedito, cui titulum dedit *Allr dagr til stefnu;* eum sequitur Schöningius in editione Heimskringlæ (T. I p. 309), cui *Grœnlendinga þáttr*, illuc non pertinens, perperam est insertus; cf. Schöning, Norges Riges Historie III p. 419.

b) Magna loci, historico respectu, notabilitas nos jubet hujus doctissimi viri, in ejus Hist.

quisiti geographica latitudo definitur fuisse 41° 24′ 10″. Latitudo promontorii Seaconnet Point et meridionalis promontorii insulæ Cononnicut est 41° 26′ et promontorii Point Judith 41° 23′, quæ tres lingulæ terminant

eccles. Islandiæ T. I p. 153-157 publici juris factam explicationem, adaptatam juri vetustissimo ecclesiastico Islandiæ, his inserere: „Hæc ex jure eccl. Thorlaci et Ketilli c. 13 sumta sunt, cujus verba initialia nostri temporis criticorum crux dici merentur: *Vèr skulum halda þváttdag hinn sjaunda hvern helgan at nóni, sá er næstr er drottinsdegi fyri, svá at þá skal ei vinna síðan eykt liðr, nema þat er nú mun ek telja oc drottinsdag á at vinna. Þá er eykt, er útsuðrsátt er deild í þriðjúnga, ok hefir sól gengna tvá luti, en einn ógengit.* Quæ, si verbum verbo reddatur, ita sonant: „Nobis dies Saturni, septima quæque, quæ diem Dominicum præcedit, sacra erit ab hora nona, adeo ut non sit licitum quidquam operari, postquam præteriit *eykt*, nisi quod nunc numerabo, sabbatis esse permissum facere. Tunc autem est *eykt*, quando sol duas partes plagæ libanoti percucurrit, una autem superest." Nonnulli criticorum hunc locum in mendo cubare ajunt, alii autem, inter quos et nos nomen profitemur, omnia se recte belleque habere autumant, modo recte intelligantur, et dextre explicentur. Vocum Islandicarum *eykt* et *átta*, si non prorsus eandem, tamen valde similem significatum contendimus; scilicet quod litteris et sono tantum differant, sed conveniant origine et significatu, nisi quod *átt* tribuitur plagæ horizontis, *eykt* autem tempori, quo sol illud spatium transit. Nam cum veteribus octo tantum essent mundi plagæ, ideo quamcunque earundem *áttu*, seu octavam vocarunt, et unicuique harum, seu mundi et horizontis octavæ, cujusvis nycthemeri octavam partem tribuerunt, quam *eykt* nominarunt. Hæc ut melius intelligantur, distincte agendum erit, et demonstrandum, quot notionibus vocula *eykt* in antiquo nostro idiomate gaudeat. Antiqua vox *eykt* varios habet significatus, quorum latissimus et hodie usitatissimus est primus, quando significat integrum trihorium, quorum octo diei naturali seu integro nycthemero tribuuntur, adeo ut unicuique plagæ, quæ antiquis octo tantum, sua esset *eykt*, unde autem initium numerandi sumatur, non multum refert. Nos eos hac vice sequimur, qui cum initio diei numerandi initium faciendum esse autumant; ex horum igitur sententia dies nocti oppositus oritur una cum *eykt*; quæ (nobis prima) incipiebat hora septima cum dimidia, seu in regione subsolani, antiquorum *dagmál*, seu initium diei; et desinebat hora decima cum semi, seu dimidiata undecima, quæ plaga dicta fuit *landsuðrsátt* seu regio vulturni, cujus medium est hora nona antemeridiana. Secunda *eykt* incipiebat in regione euronoti seu hora $10\frac{1}{2}$, et desinit sesqui hora post meridiem, seu in austro africo, diciturque *suðrátt* seu regio aut plaga australis, cujus meditullium est hora duodecima, nostrum *hádegi*. Tertia *eykt* danda est plagæ libanoti seu *útsuðrsátt* (quam cum suis terminis hoc loco nominat auctor noster), quæ a sesqui hora post meridiem seu austro africo, nostro *miðmunda*, inchoatur, et desinit hora quinta dimidiata in regione argestæ, cujus medium est hora tertia pomeridiana. Quarta *eykt* seu occidentalis, non diei sed vesperi tribuebatur, et desivit in sede japygis, seu dimidiata hora octava, antiquorum *náttmál*, cujus meditullium, seu confinium horæ sextæ et septimæ, vocatur *miðraptan*, scil. medius vesper. Quinta *eykt* assignanda est *útnorðrsátt*, seu regioni cori, incipiens a japyge, et desinens in circio, cujus medium est hora nona pomeridiana. Sexta *eykt* danda est regioni boreali, incipiens a circio, in medio habens boream, et desinens in gallico, seu sesquihora antemeridiana, quam etiam cum suis terminis auctor noster expresse

diversos aditus sinus jam vocati Mount-Hope-Bay, qui quatuor tantum milliaribus septemtrioni propius situs est. Quod instrumenta, temporis dimensioni inservientia, circa annum Christi 1000 Scandinavis nota, tam ad-

describit cap. 20, his verbis: „*Þat er norðrætt er sól er komin í beggja ætt, norðrs ok útnorðrs, ok til þess hún er komin í beggja ætt, norðrs ok landnorðrs*, i. e. „Plaga borealis est, a quo sol constitutus est in meditullio cori et boreæ, usque dum erit medius inter boream et cæciam," quæ nostræ definitioni accurate respondent. Septima *eykt* sedem habet *landnorðrsátt*, seu in plaga cæciæ, incipiens a sesquihora post mediam noctem, in medio habens cæciam et desinens in quinta dimidiata, seu in sede aparctiæ, quæ nostro sensu est antiquorum *ótta*. Octava denique *eykt* sedem habet ad orientem, et *mane* appellatur, incipiens ab aparctia, seu hora quarta cum semi, in meditullio habens orientem seu horam sextam, quod temporis punctum *miðrmorgun*, seu medium mane vocatur, desinens in hora octava dimidiata, antiquorum *dagmálastað*, id est in subsolano a quo hanc enumerationem orsi sumus. Hic est vocis *eykt* primus, usitatissimus, et maxime proprius significatus, (sed translate significat longum tempus, ut in proverbiis *á eyktamótum*, i. e. perraro, non nisi interjecto longo tempore; *eykt ok æfi*, i. e. ætatem æternumque). Hæc fuit diei naturalis divisio apud majores nostros, usque ad introductam religionem christianam, seu quamdiu monachi temporum notationes ad suas horas canonicas non pertraxerunt. Secunda significatio voculæ *eykt* est specialis, et hodie obsoleta; antiquis tamen in usu fuisse, ex locis mox citandis, constat. Illi enim certum quoddam tempus, aut integrum trihorium, aut ultimum ejus trientem per excochen quandam, *eykt* appellarunt, et ultimum hujus eyktæ momentum, *eyktarstað*, seu locum et finem eyktæ. Conspicuum hoc fit ex loco Eddæ in prooemio, qui sic se habet: „Ab æquinoctio est autumnus, usquedum sol occidit in *eyktarstað*, deinde hyems ad æquinoctium." Hujus loci talem damus paraphrasin: Autumnus ab ipso æquinoctio autumnali inchoandus est, et durat usque ad hyemis initium; quod ex eorum mente et computo semper incidebat in diem Saturni; ille autem dies Saturni, qui eorum tempore hyemem inchoavit, fuit qui inter decimum et decimum octavum diem Octobris incidebat. Hanc paraphrasin Eddam cuique sine præjudicio legenti, et cum eorum computo conferenti, verum esse patebit; unde colligo, in quo loco meridionalis Islandiæ, ut est Reikholtum, ubi Snorro plerumque vixit, et si modo Eddæ manus admovit, eandem ibidem collegisse videtur, ut et Skalholtum, ubi Theodorus Thorlacius vixit, et suum scripsit Calendarium, sol occidit circa id tempus, quo veteres hyemem inchoabant, ibidem quærendus est eorum *eyktarstaðr*, sive locus et finis eyktæ. Atqui observante (alios lubens taceo) harum rerum peritissimo, ut et contrariæ sententiæ patrono, Mag. Theodoro Thorlacio, episcopo quondam Skalholtino meritissimo, Skalholti, quod in meridionali Islandia situm est, sol horizontem subit in regione argestis, seu hora pomeridiana quinta dimidiata XVI. Cal. Novembris, seu 17. Octobris, qui est dies ultimus eorum, qui apud veteres hyemem inchoabant (vid. Thorlacii Calend. Skalholti Anno 1692 editum), aut, ut quidam volunt 4. Idus Novembr. seu die 12. Novembr., quod etiam Reikholti observatum est. Ergo ibidem est veterum *eyktarstaðr* seu eiktæ specialiter sic dictæ finis. Eodem etiam sensu occurrit hæc vox Snorronis Sturlæi Hist. Norv. per Peringsköldium edita, qui locus non mediocriter torsit non modo ipsum editorem, sed et celeberrimum Torfæum in Vinlandia sua, cum nec vocis *eykt* diversas significationes, nec earundem veram et

curata fuerint, quod duarum tantummodo minutarum in diei spatio a justa proportione differentia, qua observatio eorum astronomica laborare cernitur, illorum instrumentorum ope corrigi posset, nos nullo modo statuere possumus. Sic sane nobis mirari licet hujus observationis tantam cum cæ-

genuinam sedem, seu initium et finem, satis accurate observarint; locus autem ad verbum verbo redditus ita se habet: „Major erat illic (i. e. in Vinlandia) dierum et noctium æqualitas, quam in Grönlandia aut Islandia; sol illic habuit *eyktarstað* et *dagmálastað* brumali tempore." Si jam observetur, invicem hic sibi opponi *eyktarstað* post meridiem, et *dagmálastað* ante meridiem, quorum meditullium sit ipsa plaga australis, seu hora duodecima, simulque attendatur, diversus vocis *eykt* significatus, et irrefragabilis vocis *eyktarstað* sensus in loco ex Edda supra allato, manifestum est, per vocem *eyktarstað* hic etiam intelligi horam quintam post meridiem dimidiatam, et per *dagmálastað*, horam ante meridiem dimidiatam octavam. Tertius locus occurrit in vita Olai Trygg. Part. I. cap. 151. pag. 183 (ed. Skalh.), ubi auctor de prælio Jomsvicenci verba faciens, „tum," inquit, „erat id tempus diei, ut vergeret *eykt*." Hic manifestum est, loqui eum non de communi *eykt*, seu incerto tempore, sed de eo quod specialiter vocabatur *eykt*. Taceo nomen proprium in Toparchia Mulensi *Eyktarnýpa*, quod ab hac seu sequente notione vocis *eykt* ita vocatur. Tertium voculæ *eykt* significatum nobis suppeditat locus, qui jam ad manus est in Jur. eccles. Thorlaci et Ketilli, qui dicit „tum esse *eykt*, cum sol duas partes libanoti (*útsuðrsútt*) transiit, una autem superest," quod momentum seu temporis individuum incidit in horam pomeridianam quartam dimidiatam, qui significatus, quantum scio, nusquam nisi heic loci usurpatur, ideoque singularis, seu specialis et mere ecclesiasticus, dici meretur. Hoc etiam ipse auctor innuere videtur, quando hanc vocem seu verum ejus significatum, quem hic obtinet, explicare aggreditur, dicens: „Est autem *eykt*" &c. Quasivero non intellexerint ejus ætatis homines quid *eykt* significaret, et tali explicatione opus haberent, si vox in communi et usitato significatu posita fuisset. Sed cum hic plane singularem sensum obtineret, omnino necessaria erat hæc explicatio. Quibus fundamenti loco substratis, facilis est hujus vocis explicatio hoc modo: Sabbatum quidem incipit finita hora tertia, sed cum operarii sæpe uno momento laborem abjicere seque quieti dare non possint, aliquantum temporis ad colligendum arma et instrumenta operaria, et unum quodque suo loco reponendum, ubi tuto per sabbatum manere queant, exigitur. In hos usus dimidium horæ, scilicet a tertia (nostro *nón*) ad quartam dimidiatam conceditur; quo elapso, *eykt* specialissime sic dicta inchoatur, in qua, aut post eandem, aliquid operis agere, nisi summa urgeret necessitas, non licuit. De horis et horologio Islandico scripserunt: Mag. Jonas Arnæus, quondam Skalholtensis episcopus vigilantissimus; Paulus Vidalinus, Islandiæ nomophylax doctissimus; et frater meus carissimus Vigfusus Jonæus, præpositus et pastor Hytdalensium meritissimus. Nos ad Vidalini sententiam proxime accedimus, quod uberius in Tractatu de vetere et novo Islandorum Horologio exposuimus, unde hæc excerpta sunt. Reliqui autem duumviri contrariam fovent sententiam. Islandorum horologium ex Hebræorum, Græcorum, et Romanorum institutis derivantes, omniaque ad eorum placita et monachorum mores accommodantes." Cfr. ejusdem Sciagraphiam Horologii vet. et novi, Rímbegla p. 5, 23-26, 56-58.

teris indiciis convenientiam, quæ vetustis illis relationibus summam certe fidem vindicat.

Præterea de hujus regionis CLIMATE et ejus SOLI QUALITATE, ut et de variis quas ea producit rebus, antiqua Islandorum scripta plures continent observationes, quæ nostram supra allatam explicationem et loci quæsiti definitionem confirmant. Sic de his illæ relationes: *þar var svâ góðr landskostr, at þvi er þeim sýndist, at þar mundi eingi fènaðr fóðr þurfa á vetrum; þar kvomu eingi frost á vetrum, ok lítt rènuðu þar grös*, i. e. „Tanta erat ibidem terræ bonitas, ut inde intelligere esset, pecora hieme pabulo non indigere posse, nullis incidentibus algoribus hiemalibus, et graminibus parum flaccescentibus"[a]; *þar kom enginn snjór, ok allt gekk fè þeirra sjálfali fram*, i. e. „nulla ibi nix decidit, et omnes pecudes eorum pascendo se ipsæ sustentabant"[b]. Cum his conferantur recentiorum Rhodensis Insulæ descriptiones: „Les pâturages sont beaux en général, et plus particulièrement au pays de Narraganset. Le pays de South-Kingston, près de la côte de la mer et de la baie de Narraganset, est très-fertile, et d'un bon rapport. Ce sol est formé d'un terreau profond et d'une petite partie de sable et de gravier; et la température est si douce, que *la végétation souffre rarement du froid* ou de la sécheresse"[c]. Solum provinciæ Tiverton, quæ sinum Mount-Hope-Bay versus orientem termi-

a) *Grænlendinga þáttr* p. 32, cf. p. [illegible].

b) *Saga þorfinns Karlsefnis* p. 150, 181.

c) D. B. Warden, Description des États-Unis de l'Amérique Sept., Paris 1820, T. I. p. 499. cf. C. D. Ebelings Erdbeschreibung und Geschichte von Amerika, B. 2 (Hamb. 1794) p. 4, 5, 12. „An der See ist der Winter meistentheils mild, und nur von kurzer Dauer, daher auch der Schnee nie lange liegen bleibt. — Man hält das hiesige Klima für das gesundeste in ganz Nordamerika, weswegen viele kränkliche Personen aus den südlichen Staaten im Sommer nach den hiesigen Inseln kommen, um sich zu erhohlen. — Das Land hat einen Überfluss von nahrhaften Grasarten und Futterkräutern, und sonderlich sind in dem ehemaligen Gebiete von Narraganset die vortreflichsten Triften." Ut olim Scandinavi illic pinguissima invenerunt pascua: *Fènaðr gekk þar á land upp, [illegible] þat var brátt at graðfè varð úrigt, ok gerði mikit um sik,* i. e. „pecudes per superiora pascebantur; sed brevi factum est, ut pecudes mares ferociores redderentur et licentius grassarentur;" sic idem hodie quoque de hac terra valet (Ebeling 2, p. 12.): „Am beträchtlichsten ist die Rindviehzucht, die sowohl zur Mastung als zur Milcherei mit grossem Fleisse betrieben wird. Das Rindvieh stamt wahrscheinlich von dänischer Zucht her (Mazzei V, 1 p. 48), und man findet hier das grösste in ganz America. Mastochsen von 1600 bis 1800 Pfund sind nicht ungewöhnlich."

nat, ut fertilissimum describitur: „*ein sehr fruchtbares Land*," et de ipsa Rhodensi Insula hæc porro referuntur: „On l'appelle *le paradis de l'Amérique*, parce qu'elle l'emporte sur les autres lieux par sa situation, son sol et son climat;"[a] „An excursion from Taunton to Newport, Rhode Island, down Taunton River and Mount Hope Bay, and especially from Providence to Newport along Narraganset Bay, conducts the traveler among scenery of great beauty and loveliness. The fertility of most of the country, the neat villages along the way, the numerous irregular contractions and expansion of these bays, forming capes, isthmuses, promontories, bays and harbors in miniature, the islands that are occasionally interspersed, and the interesting historical associations connected with that region, conspire to keep the attention alive, and to gratify the taste. Mount Hope, the granite watchtower of the celebrated sachem Phillip, still commands a fine prospect of the surrounding region; and we see at once why the sagacious chieftain selected this place for his retreat[b]."

Terra talis qualitatis certe solida ratione mereri potuit cognomen IT GÓÐA, i. e. bona, quod veteres Islandi et Grönlandi ei attribuerunt, respectu etiam habito ad eam circumstantiam, quod illa produxerit tales res, quæ iis in maximo pretio erant, et quibus eorum frigidiores patriæ carebant. Harum rerum singulam quamque hic notabimus, incipientes ab ea, quæ denominationis ipsius terræ, ei a priscis Scandinavis impositæ, causam attulit:

VÍNVIÐR OK VÍNBER, vites et uvæ[c]. *Vites ibidem sponte nasci, vinum optimum ferentes*, Adamus Bremensis se testatur expertum esse, *non fabulosa opinione, sed certa relatione Danorum*, tanta scilicet copia ut indagatores terræ illius ipsi nomen idcirco Vinlandiæ dederint. Cum Germanus ille, qui Leivum in ejus Americano itinere comitabatur, vites ac uvas, et harum præcipuum usum cognoverit, id per se non evadet improbabile, quod Scandinavi revera ex uvis illis vinum paraverint, quamvis hoc non expressis verbis narretur, sed id tantummodo, Scandinavos multas vites secuisse, magnamque uvarum copiam legisse, quas deinde siccatas scaphæ

a) Warden, I, p. 503, cf. 504-505.
b) Hitchcock, p. 94, cf. supra p. 362.
c) s. p. 36, 37, 58, 61, 118, 148, 338.

majori, navem sequenti, imposuisse. Quod vites diversarum specierum adhuc in hac regione sponte nascantur, elucet e relatione, inde nobis missa (vide supra p. 366), tales ibidem magna abundantia *(in great abundance)* haberi, itidemque in insula extra continentem jacente *(in great profusion)*, quæ ob eam causam acquisivit Vineti nomen, Martha's *Vineyard.* De vicino tractu Connecticut hæc etiam referuntur[a]: „*La vigne sauvage* grimpe de tous côtés sur les arbres," et in Massachusetts plures earundem species haberi dicuntur, „dont les fruits sont très-estimés, à cause de leur salubrité et de leur délicatesse."

SJÁLFSÁNIR HVEITIAKRAR, agri triticei sponte sati, vel, ut Adamus Bremensis exprimit, *fruges non seminatæ*, inveniebantur in terra illa, a Scandinavis indagata. E laudata relatione Providentiæ composita (s. p. 368) jam scimus, frumentum, nobis „Triticum Turcicum" vulgo dictum, proprie *Maize* vel *Indian corn*, tempore posterioris Europæorum adventus in his terris sponte crevisse, quod non seminatum incolæ messuerunt et in terræ cavernis condiderunt, ipsorum præstantissimis nutrimentis merito adnumeratum.

MÖSUR[b], ligni quædam species, magni a veteribus Borealibus æstimata, et quidem a Germanis, cum vir quidam Bremensis Karlsefnio selibram auri pro fragmento ejusdem ligni[c] solveret. Alias quoque in Septemtrione notum fuisse, apparet ex historia Haraldi Severi[d], qui Thoreri de Steiga donavit *mösurbolla; hann var girðr með silfri, ok silfrhalda (silfrhadda) yfir, ok gyllt hvârttveggja*, i. e. „calicem acernum, argenteo cir-

a) Warden l. c. II p. 15; I, p. 455.

b) sive *Mausur; Grænlendinga þáttr* s. p. 37, var. lect. 1; p. 74.

c) Significatio textus vocabuli *húsasnotra* vix ulla certitudine explicari potest. Nos supra, Björnonis Haldorsonii Lexicon sequentes, id reddidimus „scopæ". Pos ea Finnus Magnusenius, etymologica ratione motus, idem vocabulum per ventilogium interpretatus est, ædium apici impositum, quod olim sæpe magnis sumtibus elaborari et adornari soluit, quam etiam translationem illi præferre malumus. Torfæo audiit „coronis domus," quæ eandem significationem innuit. Verisimile nobis nihilominus apparet, quod illa ligni portio major fuerit, tanto pretio vendita et emta, cum dimidia auri marca 34 monetis aureis, quæ jam Species-Ducati vocantur, respondeat; ubi præterea observandum, nobilia metalla ante posteriorem, et perfectam quidem, Americæ indagationem fuisse multo pretiosiora.

d) Cap. 20, *Fornmanna Sögur* 6, p. 184, Scripta hist. Isl. VI p. 174; cf. cap. 24 in *Heimskringla*; et *Saga Helga Þórissonar* in *Fornmanna Sögur* 3, p. 135.

culo inclusum, ansaque argentea ornatum, quorum utrumque inauratum fuit." Probabile est, *mösur* non fuisse nomen arboris, sed ligni, insigni pulcritudine conspicui[a]. Relatio, doctis Rhodensis Insulæ viris debita (s. p. **366-367**) nominat plures species aceris in eorum terra crescentes, quarum hæ præcipuæ: Acer rubrum (red maple) et Acer saccharinum (sugar maple). Lignum specierum, ibi et in Massachusetts[b] crescentium, dictarum *birds eye* et *curled maple*, ut pulcherrimum, ideoque in magno pretio habitum, ibidem describitur. Fuit tamen præsertim VIÐR, *lignea materies*, ædificiis struendis apta, quam prisci Boreales e Vinlandia, ut posteriore tempore e Marklandia, arcessiverunt. Arboribus cæsis, ligna viridia in rupibus siccabant, iisque postea suas naves onerabant[c]. Karlsefnius illius ligni acerni pretiosam qualitatem ignorasse videtur, donec venditionis occasione eam primum observabat.

SÆT DÖGG Á GRASINU, ros dulcis in gramine, melligo. Refert *Grænlendinga þáttr* p. **30**, Leivum cum suo comitatu in insula, extra continentem sita, ubi prima vice navem appellebant, tanquam primum repertæ

a) Quam ob rem Wormskioldus, cujus de eodem ligno observationes (l. c. p. 400-403) heic referemus, id per *lignum acernum* interpretatur, apud Romanos in magno pretio habitum, et teste Plinio (Hist. Nat. l. XVI, c. XV) operum elegantia ac subtilitate cedro secundum. Germanicum arboris nomen est *Maasholderbaum*. Nomen *Masernbaum* secundum ejus conjecturam, originem forte debet Latinæ voci „lignum acernum," præsertim cum hoc lignum a Romanis mercatoribus in Germania crebro perquisitum esset, unde nomen leviter deflexum in linguis Septemtrionalibus civitatem consequi potuit, ut hodie in Svecica exstat, in qua Betula saxatilis Linn. hodieque *Masur* appellatur, lignumque, nodosum inprimis et vetus, etiamnunc lingua Svecica *masurerad* dicitur. Acer Americanum sine dubio diversæ fuit speciei et pulcrioris quam Europæum, cujus pulcherrimæ species sunt Acer pseudoplatanus et Acer platanoides, quæ in Europa usque ad australem Norvegiæ partem inveniuntur. Absque dubio variatio quædam est Aceris Rubri Linn. spec. 1055, cujus mentionem facit Kalmius (2 p. 288, 501), idque magno numero in Pensylvania crescere tradit, idem sine exemplo pulcrum esse, et e ligno confici orbes mensales, colos, fulcra lectorum, omnisque generis toreumata. Hujus platani species quædam sive variatio exstat, apellata Platanus crispa, *curled maple*, Svec. *masurerad Lönn*, cujus lignum intrinsecus maculas marmoris refert, et in opera lignea elaboratum, omnibus aliis quibuscunque vasis, e ligno ibi nato factis, præfertur, et carius est. Hæc platanus crispa admodum rara est, et sæpe fit, ut arbor extrinsecus sit crispa, intrinsecus vero non, quare, priusquam arborem cædant, altam facere solent incisionem, visuri, an crispo macularum discursu tota pelluceat."

b) Hitchcock p. 611; Warden I, p. 257, cf. 508.

c) *Grænlendinga þáttr* p. 36, 37, 58.

terræ bonarum qualitatum indicium observasse, *at dögg var á grasinu, ok varð þeim þat fyrir, at þeir tóku höndum sínum í döggina, ok brugðu í munn sèr, ok þóttust ekki jafnsætt kennt hafa, sem þat var,* i. e. „gramina rore perfusa; hic cum forte accidisset, ut rorem manibus tangerent orique admoverent, dulcedinem, qualem non antea, sentire sibi visi sunt." Nos supra conjecimus, insulam hic memoratam Nantucket esse. Hac ratione inducti nostras Providentiæ degentes collaboratores interrogabamus, an ros melleus *(honey dew)* in illa regione, et specialiter in insula Nantucket, inveniretur? cui quæstioni Dr. Webb ita respondebat: „Honey dew occurs both in this neighborhood and also on the island referred to."

Mykill fjöldi dýra á skóginum meðr allu móti, „in sylva magnus erat ferarum omnigenarum numerus."[a] Collaboratores nostri Americani (vide supra p. 368) opinantur, priscos indigenas hanc regionem præcipue frequentavisse, eandemque constanter inhabitasse, propter venationem præstantissimam ibidem faciliter exercendam. Jam vero, sylvis e maxima parte cæsis et eradicatis, feræ ad superiora montana et sylvestres tractus retrocesserunt.

Grávara ok safvali ok allskonar skinnavara, merx grisea, pelles martium omneque pellium genus; Skinnavara ok algrá skinn, merx pellicea pellesque omnino canæ[b]. Dr. T. W. Harris, Massachuseti mammalia enumerans[c], inter ea memorat varia animalia, pelle pretiosa prædita, e. gr. Mustelam vulgarem, L., Angl. Weasel, Dan. Væsel; Mustelam ermineam, L., A. Ermine, D. Hermelin; Mustelam Canadensem; Vulpem Virginianam, Gmelin, A. Gray fox, Dan. Blaa Ræv. Illas merces Skrælingi e regionibus meridiei et occidenti propioribus Scandinavis apportarunt. In ipsa Rhodensi Insula inter talia animalia frequenter occurrit Sciurus striatus L, Angl. Groundsqvirrel, striis nigris insignis[d]. In Connecticut[e] quoque eorum magna est frequentia, inter quæ præcipue notandæ variæ mustelarum species, e. gr. Mustela Canadensis, the Fisher Weasel, quæ in variis tractibus vocatur Sable, respondens illi Scandinavorum *safvali,* al.

a) *Saga Þorfinns Karlsefnis,* p. 148, 156.
b) s. p. 59, 64, 150, 151.
c) Hitchcock l. c. p. 544.
d) Ebeling II, 13-14, Schrebers Säugth. B. 4. p. 795.
e) ib. II, 206, cf. 1, 208.

safali, Dan. Zobel. Quoad hæc animalia observationes Providentia nobis missæ (vide supra p. 364) heic etiam sunt conferendæ.

ÆÐR, anas mollissima, aliæque marinæ aves in insulis[a]. In recentiore Massachuseti descriptione[b] hæc leguntur: „eine ausserordentliche Menge von wilden Gänsen und Enten, unter welchen auch *der Eidervogel* auf den unbewohnten Inseln häufig ist."

HVALIR, balænæ; REIÐR[c], harum una, ut supra observavimus, est verisimiliter Balæna physalus Linn., Gall. le gibbar, Norvegis *Rörhval*, Færöensibus *Röjur*, *Rejur*. Erat inter illas balænas certa species, quam Thorfinnus Karlsefnius, cetorum alioquin peritissimus, non cognovit; carnem habebat non edibilem, quæ nutrimento adhibita comedentibus nocuit. Hæc species in oceano Grönlandiam et Islandiam cingente certe non fuit vulgaris. Ad oras Rhodensis Insulæ et Massachuseti quondam non rara fuit minor quædam species balænæ, appellata Balæna mysticetus[d]. Hæ balænæ, hiemali tempore meridiem versus euntes, verno autem ad boream revertentes, frequenter visitarunt sinum Cape Cod Bay mareque Nantucketum circumdans, et capiebantur a piscatoribus scaphis, ut et majoribus navigiis, 40 tonnarum capacibus; anno 1731 navigia, hanc capturam exercentia, summatim 300 tonnarum capacitatem habebant. Dictæ balænæ posteriore tempore non tam frequentes ad has oras apparuerunt, sed profundiora oceani loca petierunt. In ostio sinus Narraganset Bay, prope extra amnem Pettaquamscut River, jacet rupes quædam, sine dubio propter balænarum ibidem frequentem mansionem et capturam Whale Rock nominata. Linquamus doctis Americanis zoologis dijudicandum, numne balæna illa, quam Thorfinni Karlsefnii nautæ ceperunt et comederunt, adnumeranda sit iis cetis, quæ hæc litora frequentant, sub nomine *the right whale* vulgo nota. Recentiores descriptiones[e] testantur, balænam quoque, a veteribus Scandinavis *reiðr* vocatam, Balænam phys., Anglo-Americanis *The Finback*, hæc maria frequentare.

HVERR LÆKR VAR ÞAR FULLR AF FISKUM, quisque rivus plenus piscibus

a) *Saga Þorfinns Karlsefnis* p. 141, 173.
b) Ebeling 1, p. 210.
c) *Grænlendinga þáttr* p. 57, 58; *Saga Þorfinns Karlsefnis* p. 142, 175.
d) Ebeling 1, p. 227 sq.
e) Ebeling I, p. 228.

erat[a]. Sic etiam recentiorum descriptiones: „*Alle Flüsse sind sehr fischreich*"[b]; „Les baies et les rivières sont peuplées de saumons, de maquereaux et d'autres espèces d'excellens poissons. Cependant le saumon devient de jour en jour plus rare, et il a tout-à-fait disparu dans quelques rivières, à cause de l'établissement des digues et des moulins[c]. Relatio Rhode-Islandica (supra p. 368) affirmat, in regionis, jam disquisitæ, multis fluviis et rivis, specialiter in Taunton River, quotannis capi immanem frequentiam diversarum piscium specierum, et inter has præcipue illas quæ Islandorum antiquæ relationes ibidem extitisse ferunt, e. gr.

Lax, Salmo; *hvorki skorti þar lax i ánni nè i vatninu, ok stærra lax en þeir hefði fyrr sèð*[d], i. e. „ibi neque in fluvio, neque in lacu deerat salmonum copia, et quidem majoris corporis, quam antea viderant." Præter Salmonem Salarem sive vulgarem a J. V. C. Smith etiam memorantur Salmo Trutta (Salmon Trout), Salmo Fario (Common Trout), Salmo Hucho (Hunchen Trout), Salmo fontinalis (Highland Trout)[e]. Porro in recente terræ descriptione notatur: „La truite des rivières et des ruisseaux est excellente[f]."

Olim ad marina illa litora ingens piscium multitudo capiebatur; inter eos nominantur:

Helgir fiskar, sancti pisces[g]; hæc species, ut supra observavimus, est Pleuronectes hippoglossus Linn., Hippoglossus vulgaris Cuv., Holibut. In recentiore descriptione sic refertur: „Il y a une grande abondance de poissons de presque toutes les espèces. On en voit jusqu'à quatre-vingts différentes au marché de New-Port. La morue, *le flétan*, l'esturgeon, l'alose et d'autres poissons fourmillent autour des îles Nantucket[h]." Doctorum Providentiæ virorum relatio (supra p. 367) monstrat, Pleuronectes sive Hippoglossos hæc maria frequentare, quod idem Dr. J. V. Smith de aquis oceani, propinquas Massachuseti oras alluentibus, testatur[i].

a) Iisdem verbis ambæ recensiones Thorfinni Karlsefnii vitæ p. 148, 179, cf. *Grænlendinga þáttr* p. 40.

b) Ebeling 1, p. 214.

c) Warden 1, p. 260.

d) *Grænlendinga þáttr*, p. 32.

e) Hitchcock, l. c. p. 551, 597.

f) Warden I, p. 509.

g) *Saga Þorfinns Karlsefnis* p. 148.

h) Warden l. c. 1, p. 508, 261, cf. Ebeling 2, p. 14.

i) Hitchcock l. c. p. 553.

Relatio, vitæ Thorfinni Karlsefnii p. 158-161 inserta, primo aspectu certe fabulosa apparet. Vetustiorum temporum superstitionem statuisse varios populos, mira et peculiari aliqua forma sive qualitate præditos, nos docet liber *Rímbegla* vocatus (p. 344), ubi populus quidam, eandem, quæ hic memoratur, corporis formam habens, dicitur existere *á Blálandi* i. e. in Æthiopia Africæ. Quod revera factum quoddam historicum in historia Thorfinni Karlsefnii referatur, satis monstrat simplex illa relatio, comparata cum stropha in hac regione, ubi nunc urbs Boston sita est, metro Scandinavorum antiquissimo *Fornyrðalag* composita. Monstrat idem *Grænlendinga þáttr*, ubi refertur, Skrælingorum quendam, illo tempore has terras inhabitantium, emissa sagitta Thorvaldum Erici filium lethali vulnere affecisse. Wormskioldus in hanc relationem observavit, quosdam Americæ Septemtrionalis indigenarum peculiari uti vestitu, triangulari panno prædito, qui tam a dorso tam a ventre ita dependet, ut hominis pedes occulat. Talis vestitus Karlsefnii comitibus faciliter imbuere potuit eam opinionem, quod vir eo utens, et tanquam in uno pede procedere visus, talem denominationem mereri posset. E cantilena vocabulum historiæ prosaicæ irrepsit, sed ut videtur ab hujus auctore prave intellectum de viro, uno tantum pede nato, loco hominis, qui propter singularem vestitum unipedis forma apparuerat, et sic tali appellatione a poëta suo modo indicatus fuerat. Fortassis tamen verus unipes, qui alterum pedem infelici casu perdiderat, hancce cædem patravit.

INDAGATIO REGIONUM MERIDIEM PROPIORUM.

THORVALDUS Erici filius, cum in Vinlandia hiemem transegerat, verno tempore, navem cum scapha ad eam pertinente instruxit, unamque nautarum sectionem iter præter litora, terræ explorandæ causa, occidentem versus[a] instituere fecit. Ad quem ultimum locum illi hoc iter prosecuti sint, nobis latet; cum autem idem verno tempore inceperint, sed primum Leifs-

a) Verba *fyrir vestan landit* hic e nostra sententia idem significant ac alia hoc sensu magis usitata, *vestr fyrir landit*, ut alia mox sequentia *fyrir austan*, orientem versus.

budas autumno reversi sint, totumque iter certe 4 vel 5 menses duraverit, probabile satis evadit, quod illi indagatores longam viam versus meridiem absolverint, et litora provinciarum Connecticut et New York, forsitan quoque New Jersey, Delaware et Maryland, exploraverint, ut litora meridiem propiora taceamus. De hoc litorali tractu ab Islandis refertur[a]: *þeim sýndist landit fagrt ok skógótt, ok skamt milli skógar ok sjóvar, ok hvítir sandar; þar var eyjótt mjök ok grunnsæfi mikit*, i. e. „iis terra visa est pulcra et sylvosa, breve inter sylvam et mare spatium, arenæ candidæ; ibi mare erat valde insulosum vadaque brevissima." Hæc descriptio in illas terras optime quadrare cernitur. Nulla hominum vestigia indagatores nostri in hac expeditione invenerunt, excepto nubilario frumentario ex ligno in insula quadam versus occidentem sita. Dolendum sane quod Islandorum scriptæ de hoc itinere relationes tam breves et incompletæ evaserint, ea sine dubio causa, quod illius expeditionis dux sive auctor brevi postea, in ipsa America, præmatura morte fuit exstinctus. Cum hoc viro relationes et descriptiones maxime notabiles, quæ alioquin verisimiliter memoriæ et scripturæ traditæ fuerint, infeliciter penitus fere perierunt.

Hvítramannaland eðr Írland it mikla, Terra alborum hominum sive Hibernia Magna. Historia Karlsefnii (supra p. 162-163) aliam quoque terram commemorat, quæ quidem, quantum intelligere est, longius versus austrum, quam tractus, ubi Grönlandi habitacula sua ædificaverant, prope tamen ab eo loco sita fuit, quemadmodum et Landnama (s. p. 210-211) refert, Terram alborum hominum in occidentali oceano prope a Vinlandia Bona sitam esse, quibus ibidem additur: *þat er kallat VI dægra sigling vestr frá Írlandi*, i. e. „dicitur eo esse VI nycthemeriorum navigatio versus occidentem ab Hibernia." Hæc notatio verisimiliter debetur vix legibili lectioni loci sive numeri in vetusta originali membrana, jam dudum perdita, unde reliqua, quæ nunc habentur exscripta, orta sunt. Conjicimus igitur, literas VI perperam esse deductas a XX (vel a XI aut XV), quod facile, librarii mendo fieri potuerit. Distantia VI dierum navigationis in Insulas Azorenses bene quadrat, sed obstant tali explicationi tam nomen *Írland*

a) supra p. 41.

it mikla et cursus occidentem versus directus, quam propinquus sive conterminus Vinlandiæ situs, cum nullo modo statuere possumus, Eskimoos suis vilibus scaphis magnum pernavigasse oceanum. Eo tempore gentes Eskimoorum longius austrum versus litoralia inhabitaverunt. Terra boream versus sita a sinu Chesapeakio fuit sine dubio eorum tractus maxime australis. Trans hunc sinum, e regione terræ eorum, itaque in Virginia et Carolina Septemtrionali indeque austrum versus verisimiliter sita fuit Terra alborum hominum. Fuit forte hic idem populus, de quo J. Johnston (1819) memorat[a], referens, inter Shawanenses, qui nunc ad Ohiontem habitant, sexaginta quinque vero ante annis a Florida occidentali et regionibus ad fluvium Suwanium circumjacentibus advenerunt, veterem tenere famam, Floridam aliquando ab albis hominibus, qui ferreis instrumentis usi sint, inhabitatam esse. Black-Hoofus, senex Indianus hujus gentis fere nonagenarius, qui ibi natus est, seque puerum mari lavantem recordari potuit, sæpe puer audivit parentes narrare, ipsorum jam tempore crebro conspecta esse lignea fragmenta, ferreis securibus cæsa. Tam historia Karlsefnii quam Landnama testatur, hanc terram etiam appellatam esse Irlandiam Magnam, innuentes, hos albos homines Irlandos (Hibernos) fuisse, qui adeo ante annum 1000 in America consederint et religionem christianam amplexi sint, ut relatio de Ario Maris filio, ibi christiano facto, testatur[b].

a) Account of the present state of the Indian Tribes inhabiting Ohio, in Archæologia Americana I, p. 273, 276; traditio pervetusta, Shawanensium atavos [illegible] transmarina regione advenisse, ibidem quoque memoratur; cf. Assals Nachrichten über die früheren Einwohner von Nordamerika und ihre Denkmäler, p. 87.

b) Hujus quoque terræ mentionem facit Björn Jonæus, in collectione sua, his verbis: *Sira Erlendr heitinn þórðarson, hafði yfirkomizt utanlands landatöblu um þá Albania eðr Hvitramannaland, sem liggr gagnvart Vinlandi hinu góða, ok áðr er umrædt í þessum bæklingi, ok kaupmenn forðum nefna Hybernia Major, eðr Írland hið mikla, ok liggr,* [illegible] *áðr greinir, vestr frá almenniligu Írlandi. Sú tabla hafði haldit fróðliga um þessa alla landaklasa ok rætur, Marklands, Einfætingja ok litlá Hellulands, sampt ok Grænlands vestr þángat, sem sèrdeilis til tók sú góða Terra Florida*, i. e. „Dominus Erlendus Thordi filius b. m. peregre sibi comparaverat tabulam geographicam de Albania illa, sive alborum hominum terra, quæ e regione sita est Vinlandiæ Bonæ, cujus ante mentio in hoc libello facta est, quam mercatores olim appellarunt Hiberniam Majorem sive Irlandiam Magnam, quæ, ut ante dictum est, jacet occidentem versus ab Irlandia vulgari. Hæc tabula geographica exacte continuisse dicitur hos omnes terrarum tractus et radices, Marklandiæ, Einfætingjalandiæ et minoris Hellulandiæ, ut et Grönlandiæ, eo versus occidentem, ubi in specie inci-

In uno horum litoralium, Hibernicis nationibus habitatorum, degit Björn Breidvikensium athleta; huc tempestate delatus est Gudleivus Gudlœgi filius, qui libonotum versus ab Hibernia dejectus, terram attigit, cujus incolæ lingua uti putabantur, Hibernicæ perquam simili[a]. In indigenis Americæ Septemtrionalis reperiri quædam Hibernicæ originis vestigia, plures docti et experti viri observaverunt, quousque vero hæ Hibernicæ nationes se extenderint, aut quo tempore advenerint, digna res esset, quæ diligentiori disquisitioni subjiceretur, quam tamen Hibernicis sive Americanis eruditis, qui vetusta huc pertinentia scripta et alia subsidia melius norunt, linquere cogimur. Nihilominus hac occasione his inseremus quasdam magni nostri philologi Raskii huc pertinentes observationes in commentatione de linguæ veteris Scandinavicæ sive præsentis Islandicæ cum variis Asiaticis cognatione[b]: „Nonnulli se putaverunt aliquam inter linguam Hibernicam et varia borealis Americæ orientalium indigenarum idiomata similitudinem detexisse. Certe Celtica linguarum classis a reliquis Europæis multum differt, et in specie Gælica illius species ab aliis Britannicis non parum divertitur; sic revera conjici licet, id possibile fuisse, quod olim aliquando Americani in Hiberniam immigravissent, vel potius Hiberni in Americam, quocirca vetus inter Mexicanos ante Hispanorum adventum traditio de terra orientali et potente ejus populo observatione digna est[c]. Satis præ-

pit bona illa Terra Florida." Hic Erlendus sacerdos fuit parochiæ Stadensis in Steingrimsfjördo occidentalis Islandiæ ab anno 1568. De tabula illa geographica, quæ primum fuisse videtur rudimentum, post detectam Americam, terras Americanas, veteribus Borealibus antiquitus notas, suis locis et nominibus definiendi, nihil certi expiscari potuimus. Huic similis est Sigurdi Stephanii Terrarum hyperborearum delineatio Anno 1570, quam Torfæus servavit in suæ Grönlandiæ Tab. II; hic autem tantum descriptæ reperiuntur Hellulandia, Marklandia, Vinlandia, ut et terra Skrælingorum, quod ultimum nomen jam sensu latiore sumitur et usurpatur de toto tractu, ab Skrælingis habitato, jam sensu strictiore, de terra, ad meridiem Hellulandiæ sita, ut ex Gripla apparet. Verum hæc tabula geographica non tantum versus austrum patet, ut Terra alborum hominum ibi describi potuerit. Apparet, auctorem antiquioris tabulæ statuisse, terras a Borealibus cognitas et visitatas ad Floridam usque pertinuisse.

a) cf. supra pag. 217-248.

b) *Samlede Afhandlinger* B. 1 p. 165 sq.

c) cf. relationem de Ario Maris filio in manuscripto 770 c, huic operi p. 214-215 insertam, quæ post nominatam regionem Vinlandiam Bonam dicit: „proxime hanc et aliquanto superius (*nokkut til baka*) sita est Albania, id est Hvitramannalandia;" quæ tamen annotatio serioris ævi auctori debetur.

terea notum, quod Hiberni Islandiam detexerint et ex aliqua parte inhabitaverint, ante ejus per Scandinavos factam indagationem et occupationem. Cum porro Islandi, a Scandinavis orti, inde borealem Americam detexerunt, amplasque in Grönlandia colonias fundaverunt, id minime improbabile evadit, quod Hiberni, qui illo tempore multifaria scientia et morum præstantia pollebant, ab eodem puncto exeuntes, similes felice successu instituerint investigationes, imo fertilioribus oris meridiemque propioribus inventis, has, frigidiore et longe steriliore Islandia relicta, revera occupaverint. Huc referenda videtur, ut observatu digna, vetus traditio de terra dicta *Írland it mikla* sive Hibernia Magna, ... cujus regionis nomen perspicue satis innuit, Hibernos e patria ad illam emigrasse. Cum igitur omnia hæc vestigia tendant ab Hibernia ad Americam, sed non vice versa ab America ad terras Celticas, nos ea circumstantia docet, quo modo convenientia Celticarum et Americanarum linguarum sit explicanda, ab illis scilicet ad has deducta. Eodem modo similitudo Grönlandicæ linguæ cum Islandica ab hac, sed non ab illa, deduci debet; e. gr. Grönl. *kona*, Isl. *kona*, mulier; Grönl. *pôk*, Isl. *poki* saccus. Ita antiquissimo tempore idem evenit ac medio ævo et nostri quoque ævi primordio: Europæi semper suas erga occidentem sedes dilataverunt, cum vel fortuiti casus, vel res angustæ domi, vel inquieta terras incognitas detegendi et occupandi cupido ter sane eos propulsit, trans asperrimum oceanum ad mundum ita dictum novum, primum videlicet Hibernos, posterius Scandinavos sive Islandos, et postremo tandem Hispanos. Sic Hibernis et Islandis idem revera honos ac Hispanis erit forsitan adtribuendus, quamvis illorum ævo id non inciderit tempus, quo hæc magna terræ pars illis constanter jungi posset, ea nimirum ratione, quod Europa ipsa olim in permultas varias ditiones fuerit dissecta, tam se ipsam, quam propria sua commoda, nimis ignorans."

Veteres notionem habuisse de situ oræ borealis Americæ Australis orientem versus extento, innuere videtur annotatio Griplæ et plurium compendiorum geographicorum, referentium, credere quosdam Vinlandiam ab Africa porrigi aut etiam cum eadem cohærere (cf. s. p. 289, 291, 295-296); hæc assertio an veris profectionibus, indagandi causa ad has oras institutis, an relationibus de hisce, an meræ opinioni debeatur, dictu est

difficile; vix tamen credibile est, ipsos Islandos tam longe austrum versus profectos esse, cum alias certe observationes astronomicas aut climaticas, profectionem illustrantes, reliquissent.

DE SITU TERRÆ AB ADALBRANDO ET THORVALDO INDAGATÆ.

Islandici duo sacerdotes et fratres, Adalbrandus et Thorvaldus, Helgii filii, invenerunt anno 1285, ab Islandia occidentem versus, terram, ad quam ulterius investigandam navarchus quidam, nomine Rolvus, vulgo Landa-Rolvus dictus, a rege Norvegiæ Erico Sacerdotum-osore anno 1288 vel 1289 ad Islandiam missus est, ut ibi conduceret nautas, qui cum eo peculiari expeditione novam illam terram quærerent. Hæc regio verisimiliter fuit Terra Nova, *Newfoundland*, cujus serior detectio debetur viro Veneto Giovanno Gabota, vulgo dicto Johanni Cabot. Hic in oppido Angliæ Bristol, commercialis mandatarii munere functus, anno 1495, transactione cum Danorum rege facta, Bristoli mercatoribus Islandicæ mercaturæ participationem procuraverat. Hujus transactionis felix successus Caboto tandem regis Angliæ Henrici VIImi fiduciam comparavit, ut hic, Londini et Bristoli mercatorum auxilio fultus, ei procuraret naves, quibus instructus expeditionem, terras caurum versus indagandi causa, instituit. Dicitur hac occasione, insignem scientiam et peritiam, nec non successum similis Columbi tentaminis, Caboto eam imbuisse opinionem, terram quandam ad illam mundi plagam esse sitam. Caboti cum Daniæ rege transactionis objectum fuerat Islandiæ commercium, de cujus terræ natura et qualitatibus ipse igitur adcuratam sibi comparaverat notitiam; sic verisimiliter vetustas ibi vulgares de illorum sacerdotum itinere inaudiit relationes, quæ quidem ipsi indiderint id propositum, cujus perfectio prosperrime successit, ut anno 1497 revera invenisset Terram Novam, Newfoundland, cujus indagatio, si hæc nostra conjectura probetur, ipsius scientiæ, sive historicæ eruditioni, sit adscribenda. Huic hypothesi ipsum nomen favere videtur, verbis Is-

landicorum Annalium *fundu nýia land (Nýia fundu land)* literatim consonum. Hanc relationem nobis, præter plura mscpta, servarunt duæ membranæ, quas certa criteria docent scriptas esse seculi decimi quarti initio (1307 et 1313). Insulæ, in alia horum annalium recensione dictæ *Dúneyjar*, plumarum insulæ, verisimiliter in hac vicinia sitæ fuerunt, quæ quidem ab innumera avium multitudine frequentatæ, tale nomen bene mereri potuerunt[a]. Erit alioquin impossibile, his insulis certum aliquem situm adscribere, cum de iis brevissima hæcce tantum annotatio habeatur, cumque omnes prolixiores relationes de Terra Nova, ab illis sacerdotibus indagata, jam dudum perierint.

DE COMMERCIIS CUM TERRIS AMERICANIS SEQUENTIBUS POST PRIMAM EARUNDEM INDAGATIONEM SECULIS CONTINUATIS.

Scripta vetusta haud multo plura de regionibus, a veteribus Borealibus cognitis, nobis reliquerunt, quam descriptiones itinerum, aut mero casu aut indagandi causa seculis 10mo et 11mo eo factorum. Variorum, qui cum Thorfinno Karlsefnio in Americam transiere, virorum reditus ad Europam nullibi memoratur; Landnama autem et Eyrbyggja testantur, Arium Maris filium et Björnem Breidvikensium athletam in aliis Americæ litoralibus, adeoque omnes eorum convectores, consedisse; et plures quoque Europæos illis temporibus eo trajecisse, inde apparet, quod Arius ibi agnitus tradatur. De sequentis temporis Grönlandiam inter et Vinlandiam commerciis pauca sane scripta exstant, sed perquam vero simile est, plures Grönlandos aut Islandos, fama de terræ bonitate adductos, eo migrasse, ibique consedisse, unde nullæ de iis relationes ab Islandia didi potuerunt. Statuendum est, Ericum, episcopum Grönlandicum, studio perductum conterraneos aut ad religionem christianam traducendi, aut in fide tenenda con-

a) Anspach refert l. c. p. 24, 25, insulas Baccalao Isl. in Conception Bay et Penguin Isl. ad latus Terræ Novæ versus libonotum vergens, immani avium, præsertim anatum Canadensium, multitudine frequentari.

firmandi, eo trajecisse anno 1121. De eventu profectionis ejus nihil novimus; cum vero nullam de reditu ejus ad Grönlandiam vel Europam relationem habeamus, credibile est, hunc etiam in ea terra consedisse, ut alios plures, qui diversis temporibus eo ad habitandum migraverint aut tempestate depulsi ibi remanserint, qua de re naves frequenti annalium mentione desideratæ opinionem excitare possent.

Islandorum cum terris Americanis communicatio diuturno tempore fuit abrupta et nimis neglecta; ea originitus e Grönlandia exierat, inde sine dubio posterius per annos non paucos continuata, quamvis perpaucæ illæ, quæ jam nobis supersunt, de rebus Grönlandicis relationes et annotationes eam reticeant, cum hæ nullo nexu cum Grönlandorum ad Americam expeditionibus vel itineribus fuerint junctæ. Hæc nostra conjectura de tali communicatione, usque ad seculum 14tum durante, firmatur relatione per se gravissima, in Annalibus Islandiæ, Flateyensibus et Skalholtensibus, nobis servata (cf. s. p. 264-265), navem quandam, verisimiliter materiei ligneæ aliarumque mercium acquirendarum causa, anno 1347 ad Marklandiam advectam fuisse. Hujus relationis dicendi genus *(höfðu farit til Marklands)* testari certe videtur, navem istam non tempestatis violentia pulsam, sed e naucleri pleno consilio et proposito ad illam Americæ regionem pervenisse.

Ut ad Vinlandiam proprie sic dictam, in regionibus longe posterius Rhode Island et Massachusetts dictis sitam, revertamur, conjicere solummodo possumus, Scandinavos in illis tractibus relictos sive remanentes, præcipue post omnem cum patriis terris communicationis abruptionem, frequentibus matrimoniis se cum Americæ aboriginibus (ut ita nuncupemur indigenas, quas veteres Boreales magna quidem, ut videtur, frequentia in his litoralibus circa annum 1000 invenerunt) miscuisse. Hisce connubiis, ut porro statuere liceat, mixta gignebatur hominum tribus sive species, quæ forsitan talis originis nonnulla vestigia, etiamsi perexigua, servare potuerit. Inter colonos illius Americanæ regionis Scandinavicæ originis paucæ fuerint mulieres; plurimi eorum igitur verisimiliter fœminas aborigines uxores duxerunt, quarum quotidianum idioma a matribus liberis fuerit imbutum; quicquid sit, hoc certe, longa 500 annorum serie, paullatim in unicam indigenarum linguam mutatum est. Eundem fere casum in Grönlandia

accidisse reperimus, ubi tamen anterius per plura secula populus non exiguus universam terram solus inhabitaverat et possederat: Grönlandi Eskimoæ stirpis, quos posteriores terræ illius Europæi detectores ibi invenerunt, et qui ibidem, post novas advenarum colonias fundatas, habitarunt, et jam quoque habitant, sunt e magna parte similis mixtæ originis, cum indicia non pauca sed clara, eam ex aliqua parte Europæam fuisse, monstrent[a]; reperiuntur tamen in eorum idiomate singula tantum Islandici sive veteris Scandinavici sermonis vocabula. Dolemus sane quod paucissima tantum subsidia[b] nobis ad manus sint ad intelligendam linguam, qua quondam usi sunt illi Americæ indigenæ (Indiani vulgo dicti), qui regiones Rhode Island, Massachusetts et Connecticut, tempore Europæorum posterioris adventus inhabitarunt. Optamus ideo, ut docti Americæ philologi, indigenarum linguarum gnari, huic quæstioni solvendæ operam dent, et pauca, quæ jam supersunt huc pertinentia antiquitatis vestigia diligenter persequi velint. Sic non desperandum, communi nostra opera clarius aliquando lumen huic jam nimis obscuræ materiei affluxurum esse.

a) cf. supra p. 450, et E. Thorhallesenii *Efterretning om Rudera af de gamle Nordmænds og Islænderes Bygninger paa Grönlands Vesterside*, Hafniæ 1776, p. 65: „Hoc ex diversis indiciis apparere videtur, in quibus sunt vocabula et nomina, quæ cum Islandicis conveniunt, e. gr. *hvann*, Isl. *hvönn*, gen. *hvannar*, angelica; *kallek*, Isl. *kola*, lucerna; *nisa*, Isl. *hnisa*, *nisa*, delphinus; *nouk*, Isl. *hnúkr*, lingula saxea, promontorium, rupes; *Terkelin, Olak, Uttuk, Gunnilik*, quæ nomina respondent Islandicis *Þorkell, Olafr, Otti, Gunnhildr;* accedunt varia ludorum genera, ut *hnappleikr*, cum omnes, unus post alterum, ordine consistunt, suum quisque antistitem manu tenentes; unus vero, seorsim ab aliis consistens, extremum comprehendere conatur. Idem *vikivaki*, quando plures, manibus junctis, circumeuntes, altero pede nonnihil claudicant, interea invicem cantantes, aut cantu inter se respondentes. Hi ludi etiam nunc Grönlandis in usu sunt, quorum ludorum, etsi nomina Islandica apud eos interierint, tamen origini Islandicæ aperte debentur."

b) Possidet Societas nostra e talibus libris solummodo Roger Williams Key to the Indian language in Collections of the Rhode Island Hist. Soc. Vol. I, at hoc scriptum nihil fere continet præter explicationes quasdam quotidiani indigenarum idiomatis vocabulorum, inter quæ nos nulla Islandica reperire speravimus, et perpauca quoque invenimus, quæ aliquam similitudinem prodere videntur, e. g. *weewo*, (vivo) Isl. *víf*, Dan. *Viv*, mulier; *kunnaúnta*, Isl. *kunnátta (kunnautta)*, calliditas. Inter numeralia indigenarum, quæ hic auctor notavit, vetera Scandinavica nos minime reperimus, sed nihilominus id observari meret, quod illi denominationes usitent cunctorum numerorum, ab 1 ad 100,000, decimario nostro systemati optime adaptatas: „Let it be considered", auctor noster addit, „whether tradition of ancient forefathers, or nature had taught them Europe's Arithmeticke."

Cavendum nihilominus est, ne nimium aliquid e singulorum vocabulorum inter se fortuita forsitan similitudine concludatur; pauca certe argumentationis genera minus firma sunt vel magis decipientia. Hac ratione rite considerata, nos memoratæ nostræ conjecturæ singulare quoddam pretium minime tribuimus, sed eandem tantummodo, ut momentum, diligente investigatione dignum, iis commendamus, quibus facilior ad plena talis examinis subsidia, quæ nobis pro tempore desunt, jamjam aditus patet. Sic nos facillime errare possumus, sed possibile tamen est, quod in talia forsitan vestigia incidamus, quæ in viam rectam nos tandem adducere queant; hac igitur spe incitati, nos duas sequentes nostras conjecturas specialiori competentium judicum examini et sententiæ submittimus:

Relatio doctorum Rhodensis Insulæ virorum, his supra inserta (cf. p. 372), nos docet, Americanos indigenas (Indianos) regioni sive loco, quem eundem esse ac *Hóp (í Hópi)* Scandinavorum nos supra (p. 432) argumentati sumus, consonum nomen *Haup* quondam indidisse. Majoris certitudinis causa nos de hac re interrogavimus virum doctum, ex boreali America oriundum, qui nostram urbem nuper visitavit, Henricum W. Longfellow, Professorem Harvardensis Universitatis in oppido Cambridge Mass.; is nobis respondit, indubium esse quod illud *Haup*, quam vocem exacte eodem modo ac Islandicum *Hóp* pronunciavit, indigenarum Indianorum sermoni adscribi deberet[a]. His jam addendum, quod Dr. Webb in epistola, die 31 Octobris anni 1835 signata, rem quæstionis ita ulterius illustraverit: „You ask if *Haup* is an Indian name, or of more modern origin, and whether there are any traditions preserved among the Indians respecting it? It is Indian. Metacomet's residence was by his subjects called *Mont Haup* or *Mont-aup;* this was by the English corrupted into *Mount Hope*, by which appellation it is now known. The last remnants of the Wampanougs and the neighboring tribes were long since swept from the face of the earth, and with them have perished their traditions relative to this spot; so that in this particular as well as many others concerning „the red men" we must forever continue in utter ignorance." Nomini

a) Cf. D. B. Warden l. c. I p. 499: „le district de Bristol, qui comprend le mont *Haup* ou Hope, autrefois la résidence du roi indien Philippe."

Hóp recessus ille, quem fluvii Cohannetensis ostium format, occasionem dedit, sed e vetusta relatione (p. 179) discimus, Thorfinnum Karlsefnium tractui circumjacenti, itaque sine dubio præcipue notabili illi monti idem nomen jam imposuisse, quo et mons iste et vicinus maris recessus etiamnum appellatur. Sic illius montis præsentem denominationem a priscis istius regionis indigenis usitatam esse cernimus; neque minus ac *Haup* vox illa prima *Mont* eidem Europææ voci, ab Islandis quoque usitatæ[a], consona est et consentiens. In hoc monte indigenarum ultimus princeps, fortissimus ille Metacon, alio nomine Rex Philippus nuncupatus, sedem habuit, et in ejus vicinia hostibus occubuit die 12mo Octobris 1676.

Chersonesum Cape Cod, quam nos pro Veterum Kjalarneso accipimus, minime dubitamus hos nominasse κατ᾽ ἐξοχήν NES*it*, i. e. *Nes*, lingua terræ, addito articulo postpositivo, Danice *Næsset*. Alia insignia promontoria sive peninsulæ, e. gr. veterum Scandinavorum *Katanes*, hodie Caithness in boreali Scotia, olim frequenter appellabantur *Nes* vel *Nesit*, prima illa propius indicativa syllaba omissa[b]. Hæc chersonesus ab indigenis appellabatur *Nauset* vel *Namset*[c] (a quibusdam *Nanset*[d]), quæ denominatio etiam interdum sensu latiore adhibebatur pro tota peninsula Barnstable[e]. Propria indigenarum hujus vocis pronunciatio alioquin sæpe fuit diversis scribendi modis expressa, et nomen ipsum præterea pluribus in hac peninsula locis adplicatum invenitur. Sic tractus chersonesi extremus septemtrionique proximus, jam Provincetown, quondam principaliter *Namset* fuit vocatus[f]. Sachematus sive principatus orientalis primarium oppidum, nunc Eastham, indigenis audiit *Nausit*[g], ab aliis appellatum *Nosset*[h]. Ora-

a) Doctissimus Werlauff in Symbolis ad geographiam medii ævi p. 41 demonstravit, „ex Alpium Italica denominatione *Monte* ortam esse Islandicam *Mont*, occurrentem in carmine Sighvati Poetæ (*Heimskringla* III p. 20), et hinc iterum *Mundia*," quo nomine Islandi Alpes sæpissime appellabant.

b) Cf. e. gr. *Heimskringla*, ed. cit. I, p. 109; *Annaler for Nordisk Oldkyndighed* 1836: nomen loci NESIT in mappa geographica Grenlandiæ.

c) Lettres d'un cultivateur Américain (1770-1781) II p. 130: La péninsule de Namset est celle aujourd'hui appellée Cap Cod.

d) The United States of America by John Wallis, London 1783.

e) The Columbian Navigator 1 p. 66: Cape Cod is the northern part of the peninsula of Barnstable anciently called Namset.

f) Lettres d'un cultiv. Amér. II, p. 135.

g) Hutchinson, History of the Colony of Massachuset's Bay, London 1765, I, p. 460.

h) Lettres d'un cult. Amér. II, p. 134.

rum hujus tractus suprema sive maxime borealis dicta fuit *Nauset Beach*, quæ quidem antiquiore tempore inclusit aliam orarum partem, jam vocatam Chatham Beach. Hæc ora in duas partes est divisa per majorem incisuram, ab oceano factam, ostio similem, quæ nunc dicitur *The mouth of Nauset;* intra eam situs est portus, vocatus *Nauset Harbour* vel *The Harbour of Nauset*[a], ab aliis quoque dictus *Nursset Harbour*[b]. In hujus vicinia jacet, vel quondam jacuit, insula (una vel plures), dicta *Nausit Insula*[c] vel *Nausit Iles*[d]. Tandem peninsulæ oppidum, meridiei proximum, jam Chatham vocatum, quondam nominatum fuit *Naussit* vel *Namset*[e]. Magna chersonesus *Namset* sive *Nauset* olim divisa fuit in duas provincias (sive sachematus), quarum una e fluvio Eel River in tractu Plymouth ad peninsulæ meridionale litus extendebatur, chersonesi orientalem a Woodshole partem includens; in hoc tractu sequentia vetusta oppida nominantur: *Woquoit*, *Castowet*, *Scootin*, *Soconasset*, *Mashpee*, *Hyannes* et *Namset*. Indigenæ ibi habitantes a principali eorum civitate Mashpee, ad Poponessit, appellati fuerunt *The Mashpee Indians.* Alter sachematus inclusit litoralem tractum, ad euronotum situm a loco Nobscusset vel Yarmouth; huc igitur pertinuit ipsa lingua, quæ boream versus in Oceanum se extendit, formans sinum jam dictum Cape Cod Bay. Hic jacebant oppida *Pamet*, *Nosset*, *Pachée*, *Potomascet*, *Soctoowet* et *Nobscusset.* Indigenæ hic habitantes, secundum eorum principale oppidum, appellati fuerunt *The Nausit-Indians.* Hic igitur situs erat locus, qui sensu strictiore vocabatur *Nausit* sive *Nauset*, quem scribendi modum optimi de his regionibus libri et mappæ servant, et quo certe vox expressa, secundum Anglicam pronunciationem, Islandicæ sive veteri Boreali *Nesit* optime convenit. Vocabuli sonus et significatio sic Scandinavicam, uti illud *Haup* sive *Mont-Haup*, originem prodere videntur.

Fatemur tamen, tales similitudines et conformitates sæpe fortuitas esse,

a) The Col. Nav. 1, p. 70; North Amer. Pilot 1815, p. 26; Hitchcock p. 128.

b) D. F. Sotzmanni mappa geographica, regionem Massachusetts repræsentans.

c) Geographiæ Blavianæ P. V Vol. XI, Amst. 1662, p. 35.

d) Novi Belgii, Novæque Angliæ nec non partis Virginiæ Tabula, em. a N. J. Visschero. Nieuw Amsterdam 1633.

e) Lettres d'un cult. Amér. II, p. 132, 135.

